


Sncta Sophia de Febsibus

1507









32615.

Tractatus celeberrimus de febribus litteratissimi doctoris Marsilii de sancta Sophia Patauini vna cū cura oīum accidētiū febriū quę vni a capite vsqȝ ad pedes practicę ęquipollet.

H M S

1507.

¶ Egregio artiũ & medicine doctori: dño Gabrieli miro serenissime frãcorum regine prothomedico Gondisalu⁹ Toledo artiũ & medicine professor immerit⁹ humilisq; Lugduñ. pro rege electus. S.D.

CUm ingenij tui acrimoniã: bonitatem: humanitatẽ & liberalitatẽ mecũ secretius cõsidero Gabriel optime atq; prudentissime, videris profecto mihi perpaucorũ hominũ vnus: & quos raros nostra secula perspexerunt: Nec me assentari quisq; existimet. Vidi egomet ipse secreta perspexi: Vite tue interfui: cum nup serenissimã Francorum reginã herã nostrã: per septez annos vna tecũ fui secutus. Cuius servitiũ ob egram mei valitudinez deserere fui coactus. Tunc ego ingenij tui vigorem perspexi & acrimoniam intus & in cute te noui. Quare cum tibi plurimuz debeã: memorq; salis qd vna in domo regine comedim⁹: cuz amor nullo magis emit q̃ seipso: & in amore mutuũ non reddere turpissimũ est. Quid aũt rependã nõ satis habeã: Nã (pter chartaria dona) reliquum nobis est nihil: hinc est mi Gabriel q cũ te rerũ nouarũ cupidũ (& maxime librorũ) semp cognouerim: talibusq; plurimũ delectaris. Cogitaui partem mẹ obligationis implere: Si practicã litteratissimi exptissimiq; dñi Marsilij de sancta Sophia Patauini (quã de febrib⁹ edidit) paruo in volumine calchographis traderẽ imprimendã: tibiq; dicatã existimarẽ Cui sine libris vita mors est. Sic nostro et publico comodo consulerẽ tanq̃ annosam arborẽ transplantans. Nam cũ vna in curia regine essem⁹ hinc & inde discurrentes festiniq; viatores essemus: ob crebrã locorum mutationẽ perpaucos codices nobiscũ differre dabat occasio. Hec igitur practica (sic sub breui strictaq; forma concinata) tibi comes fieri poterit. In qua tam iocũda lepida frugiferaq; remedia: & precipue de febricitãtiuz accidentibus scripsit: vt vni (a capite vsq; ad pedes)

practice equipollere videat: necnō canones in nostra medicina pspicacissimos inuenies, vt delicatissimo tuo palato sale conditū pcipiet. Nam optimū cōdimentū fames asserit. Nō qꝫ te (omniū diuersitate librorꝫ) refertū sup omnes gallie medicos nō sciam: Nec qꝫ in siluā ligna ferre presumaꝫ. Sed vt occasione exigue forme libelli tecū facile deferas. Et si euꝫ discurrere lectitareqꝫ lubebit: Uirum sane sagacis ingenij contemplaberis: quem (pace multorū dixerim) omnibꝰ modernis, quos doctos noueriꝫ, facile anteponēdū putabis. Sꝫ qd plura de eo loquor: cum homo sis: qui nō ignores qd inter lepraꝫ ꝛ leprā intersit. Restat de eo dicere vt pro diuersorum morborꝫ necessitate tam efficacia antidota languentibus destinauit. Ut iam multos in sculapos atqꝫ machaonas sua doctrina euadere possint: ꝛ non modo languentia egrotantiū corpora saluti restituat. Ueruꝫ anellosa suspiratione ꝛ gemebundo singultu laborātes homines ad vitam reuocet: fugientesqꝫ ab ore aīas in pectora redire cogat. Sed de eo hactenus. Et si non futilem neqꝫ sterilē laborē hunc apud te suscepisse videar, plures nostre artis medice codices practicos simili forma imprimere curabo. Uale igitur cuꝫ te digna cōiunx ꝛ liberi: et huius libelli te defensorē para. ex Lugduno xvj. februarij. Millesimo qngentesimo septimo.

¶ Tabula presentis operis

3.na
causon
sag. feb.
statica

¶ Finis tabule

Ad dolore renū . si a mīa calida ⁊ ungu. galeni fol. 18.

Ad fluxū pilorū oleū abrotani ⁊ ptra [illegible] ab arnaldo de [illegible]

Ad retētioēz urine q̄ fit interdū a calore febili [illegible]

[illegible]

Ad epar fol. 17. 2.° + epithi.ª
Ad caput fol. 18. 2.°
Ad testes fol. 19. p.°
Ad stomacum fol. 40. 2.°
Ad splenem fol. 42. p.°

250

¶ Tractatus celeberrimi doctoris Marsilij de sancta Sophia Patauini: de febribus super prima Fen quarti Auicéne.



Upra capitulũ: Febriũ putridarũ in generali curam &c. innuit Auicenna leuẽ ventris solutionem esse fiendaz. Primo describitur hoc solutiuũ leue. ℞. aque ordei. ℥. vj. manne. ℥. j. misce. & detur in potu de mane nulla dormitione post facta: vel loco manne cassiam fi. pone in dosi p̄dicta. ¶ Secũda descriptio que ibidẽ sumit. ℞. aque ordei. ℥. v. sirupi acet simplicis. ℥. ij. ß. & misce dũ in potu sumere vult. ¶ Tertia descriptio. ℞. aque ordei. ℥. v. mãne sirupi viola. añ. ℥. j. ß. vel. ℥. j. misce tẽpore assũptionis: & valet hec descriptio vbi magis lenitionem querimus sine punctione aliqua. ¶ Secũdo principaliter tãgit Auicẽna vsuale clistere: cui⁹ descriptio esse põt hec. ℞. succi foliorũ sicle. i. blete albe. ℥. iiij. ouorũ recẽtium vitellos duos: zucchari. ℥. j. olei violati. ℥. ij. ß. salis cõis: licz Auicẽna dicat baurac. ℥. ij. aque ordei ℥. viij. Vel fiet isto modo decoctio. ℞. foliorũ malue foliorũ matris violarũ aut flo℞ viola. mercurialis bletis añ manipulũ ß. aut loco bletis ponat sicla aut spinachia aut lactuca ordei manipulũ. j. fiat harũ re℞ decoctio in aqua fluuiali ad cõsumptionez tertie partis: deinde colet cui⁹ colature cape. ℥. ix. cui imitte que dicta sunt p̄ clisteri. Et si vis plus lenire adde cassie fi. aut manne. ℥. j. Et si vis plus abstergere q̄ lenire loco zucchari rubei pone mellis viola. ℥. j. aut zucchari viola. ¶ Tertio p̄ncipaliter tãgit Auicẽna leue p̄uocatiuũ post lenitionẽ ventris & cõmunẽ minorationẽ cui⁹ hec

est descriptio. ℞. radicis apij & feniculi añ. ʒ. iij. bulliant in. ℥. ij. aque fluuialis ad cõsumptionẽ tertie partis. deinde cola: cui immitte sirupi acetosi. simplicis: aut oximellis simplicis. ℥. i. ß. & detur in potu ante minorationẽ propriã & precedente flebothomia: aut non precedente flebothomia: & pcedentibus minoratiõe ppria & cõi. ¶ Quarto principaliter pcipit Auicẽna prouocandũ esse sudorẽ, de quo tãget inferius. Usuale tñ est vt detur in potu precedẽtibus predictis vn⁹ ciphꝰ. viij. ℥. post digestionẽ cibi aq̃ zuccharate calide aut aq̃ ordei in potu: deinde cooperiatur. ¶ Quinto principaliter dicit Auicẽna aperire meatus siue poros in vnctione olei camomille, p quod intellige hãc leuis camomille decoctionẽ. ℞. flor camomille: aut mellilotí. M. j. bulliãt in tribus sextarijs aque fluuialis, deinde fomẽta vel epithima: aut cũ manu aspsa. ista decoctiõe facta frica collũ: spatulas: brachia: pectorales: et spinales: musclos: coxas: & crura: & pedes. vtimur hic sola sicca fricatõe completa digestione & expulsis superfluitatibus. ¶ Sexto principaliter humore declinãte ad stomachũ, q̃ cõprehẽdit nausea vel alio accidente stomachi suo loco dicẽdo, docet cum leui farmaco vomendũ, vt ℞. sirupi acetosi simplicis: aut oximel simplicis: si foret humor frigidus. ℥. ij. aque ordei tepide. ℥. iiij. aut solũ zuccharũ misce: & bibat velociter & nõ sorbendo & post morã aliqualẽ vt q̃rte partis hore imponatur digitus ori & vomat: & potest augeri dosis scdm situm & caloris quãtitatẽ & dispositõnẽ. ¶ Septimo pncipaliter humore declinãte ad itestina: vt rugitu percipitur & dolore partiũ inferiorũ: & descensu fecis, adhibeantur solutiua vẽtris pdicta: & magis descẽdẽte rugitu inijciatur clistere sup vẽtris vmbilicũ: pcepto rugitu magis per superius curandũ est. ¶ Octauo pncipaliter post multa innuit regimen colice coniuncte febri causate ex retẽtione stercoris duri factũ ex iure galli simplicis: vt decoquatur gallus decrepitus forti decoctione

et ponatur primo tātū aque, quātū sufficiat decoctioni
vt brodium fiat spissum, de quo iure pingue capiātur
℥.vj. Tamen post eductionē fecū, si vis facere ius car⸗
minatiuum ⁊ eductiuū flegmatis, poterit esse hoc. ℞.
polipodij.cartami.corticū allei.añ.iiij. M.vni⁹ dauci
carui.feniculi: anisi.añ.ʒ.iij.salisgēme.℈.j.ponātur ī
ventre galli ad decoquēdū. Et si vis facere solutiuum
magis, pone in fine decoctionis non vehementer ca⸗
lido: brodio i.℥.vj.brodij.ʒ.ij. diafeniconis Mesue.
Et licz non sit de proposito, tñ potest fieri ius galli, p Asma
asmate sic. ℞.ysopi.liquiricie: capilli veneris.añ.ʒ.
nucis vni⁹. passularum mundatar̄.℥.ß.ponantur in vē
tre galli donec decoquatur gallus. Et circa finem de⸗
coctiōis adde ventri galli epitimi.ʒ.iij.⁊ tribue in po
tu quātitatem brodij predictam. ¶ Nono principaliter solua
Auicenna tangit solutiua conuenientia in febribus
putridis: quorum quedā ante digestionē conueniunt
cōpletam, et eorum quedā minorant minoratione cōi
sic describi potest. ℞.tamarindorū.℥.ß.aut loco eoruz
pone prunor̄ tantū et fiat decoctio in.x.℥.aq̄ ad con⸗
sumptionē tertie partis. Et in residuo decoctionis dis
solue māne.℥.j.hoc medicamen lenit lenitōne cōi siue
mīoratione: appropriato tñ satis colere. ¶ Scōz si vo
lueris mundificare sanguinē a colerica superfluitate
℞.lublet.id est lupullorū.iiij. M.vnius prunorū siue
tamarindorum.℥.ß.fiat decoctio in lb.ij.aque vel.iij.
vsq3 ad consumptionem tertie partis in qua post co⸗
laturam in.℥.viij.dissolue manne.ʒ.xij.zuchari.ʒ.tres
¶ Tertium minoratiuum minoratione communi vbi
querimus mundificationem colere ⁊ flegmatis a sto⸗
macho ⁊ ductibus siue vijs expulsionum. ℞. dicte de⸗
coctionis manne cassiefistule siue medulle eius ana.
ʒ.vj.dissoluantur in dicta decoctione ⁊ cū dicta quan⸗
titate zucchari puta.ʒ.iij.in potu sumat. ¶ Quartum
cōmuniter abstersiuū ⁊ reprehensiuū caloris licz non sit
eius odor talis in serie habetur. ℞.aque granato⸗

rum:quia ſucci poſt reſidentiam facta expreſſione pul
pe granatorum ſiue carnoſitatis granati dulcis et
acetoſi.ʒ.iiij.aque zucarate.ʒ.vj.miſce et ē extinctiuū
ſitis ſicut abſterſiuū quodāmodo leniēs ⁊ cōprimens
euacuās: ita cōueniēs ⁊ neceſſariū pro iſtis accidēti-
bus ſedādis.¶ Primū minorās minoratiōe ꝓpria et
maxie col'icā materiā. ℞.p̄dicte decoctiōis tamarido
rū doſiz dictā māne.ʒ.j. ſcamōee correcte mō Meſue
grana.ij.aut ſivis qd̄ magis domeſticuz eſt electuariū
de ſucco roſarū.ʒ.j.vel.℈.v.deť in potu.¶ Scōz mino
rans minoratione ꝓpria aut eradicās ſm augmentuz
doſis materiā educendo colericam. ℞. decoctionis lu
pullorū predicte.ʒ.vj.zucchari.ʒ.ij.ſcamonee correcte
grana.iij.melius tamē eſt dare.ʒ.ij. electuarij de ſucco
roſ.aut diamāne tm̄:aut.ʒ.iij.⁊ eius deſcriptio a Me
ſue poniť.¶ Tertiū vbi materia ē groſſa colerica ⁊ in
tendis mūdificare ſtomachū a qualibet materia ⁊ ca-
put aliqualiter ⁊ in hoc minorat minoratiōe cōi plus
⁊ ſm modū dictuz cōueniet in tertiana nō pura:vt ſuo
dicetur loco cuiꝰ deſcriptio talis eſt. ℞.aloes.ʒ.ß. ab-
luatur cū aqua ſolatri ⁊ endiuie ſiue nutriatur modos
cape a Meſue ⁊ ſit aquarū quātitas duarum.ʒ.magis
tamen domeſticum eſt nutrire cū aqua endiuie: ⁊ illi-
co per aquā reſtringeť acuitas ⁊ reddet magis ſtipti-
cum licz minꝰ ſolutiuū demū poſt inſpiſſationē ſiue co-
agulationez aloes fiant pillule ⁊ ſit earū doſis.℈.iiij.
aut.ʒ.j.¶ Quartū minorās ꝓprie exhibēdū poſt com-
pletā digeſtionē ⁊ euacuationem debitam ⁊ vbi ſit ne-
ceſſariū vnire texturam mēbrorū. ℞. aqua decoctiōis
prunorū ⁊ paſſularū.ʒ.vj.mirabolanoꝝ citrinoꝝ ſuffi
cienter tritoꝝ.ʒ.ij.infundať dicte decoctioni et coleť
per pannuz ⁊ debite exprimanť.deinde. ℞.zuccari.ʒ.
ij.miſce ⁊ da in potu.¶ Quintū minorās proprie ſiue
eradicans ſtomachū doſis eſt magis cōpetens poſt
digeſtionē et in materia colerica magis pura. ℞.vio-
larū recentiū iuiubarū.an̄.ʒ.j.ß.fiat decoctio in.ʒ.iiij.

aque in qua post colaturā tere grana.ij.vel.iij.scamo-
nee ⁊ misce ⁊ in potu da: ⁊ recordare semꝑ vt est tactū
electuarij de succo rosaruꝫ ru.aut dyamanne Mesue.
¶ Sextū simil'r euacuās ē descriptio pill'aꝝ. ℞. coriā
dri spodij rosaꝝ.ru.an̄.ʒ.j.cāphore.grana.iij.scamōee
gra.iiij.terant͛ oīa subtilissime et cū ell'uario de succo
rosaꝝ.fiant pillule: ⁊ sit dossis earū a.℈.ij.vsqꝫ ad.ʒ.j.
¶ Septimū ad idē. ℞. manne.ʒ.x. succi pomorū mu-
sorum siue parasiloꝝ siue malorum citonioꝝ.ʒ.vel.ʒ.v.
succi coriandri hūidi.ʒ.j. misce succos hos ⁊ submer-
ge māna in dictis succis ⁊ bene misce vt quasi coagu
letur. Deinde pone vas suꝑ cinere calido ⁊ pulueriza
desuꝑ cāphore grana.iij.scamonee grana.iiij. ⁊ bene
misce ⁊ repone invase bene obstructo post cui⁹ in mo-
dū electuarij factionē tribue in potu a.ʒ.j.vsqꝫad.ij.cū
ʒ.iiij.aque zucchari aut aq̄ ordei: aut aq̄ endiuie cū mo
dico zucchari. ¶ Octauū ad idē. ℞. māne zucchari tab
an̄.ʒ.j.scamōee cāphore an̄ grana.iij.terāt͛ oīa subtil'r
⁊ misceant͛ ad inuicē cū modico iulep. ⁊ remaneāt cū
pacta ad modū penidioꝝ ⁊ hui⁹ capiant͛.ʒ.due ⁊ valet
vt dictū est s͛. Hec sunt que colligi possunt ex cap'lo de
cura putridaꝝ in gn̄ali. Expositionē aūt simplicis q̄
ingrediunt͛ has descriptiōes ⁊ quarūdā tm̄ dosis in
expositiōe prime quarti posui. Hic residens ex solis
descriptiōib⁹ narrat⁊ nec vltra litterā descripsi alia re
seruās locis ꝓprijs ne cōtingat idē repetere pluries.

¶ De cibatione febricitantium.

Ex capitulo de cibatiōe febricitantiū ap-
paret ꝙ lꝫ latitudo diete in febrib⁹ intel-
ligendo ꝑ dietam debitā administratio-
nem: vt debitam exhibitionem cibi et
potus: vt latitudo diete incipiat a non
gradu dandi cibum et potum inclusiue.
et terminetur ad cibos et potus sanorum exclusiue:
tamen si per dietam intelligimus debitam exhibi-

tionē cibi vel potus ad duos terminabūtur exclusiue. scꝫ ad subtilissimā dietā q̄ est nihil dare: ꝛ dicet latitudo subtilitatis cū sit in mediū propinquās magꝭ diete egrorū q̄ꝫ cibo sanoꝝ vel potui cū esset mediū infra existēs alterius extremi denoīationē capiat. ¶ Latitudo ꝟo existens vltra mediū in grossitie noīabitur latitudo ingrossationis ex causis oppositis. Et sicut Auicēna statuit latitudinē ciborum ꝛ potuū, similiter ipse potuit statuere latitudinē ciboꝝ tm̄ aut potuū tm̄. Tn̄ qꝛ febrib⁹ hūida ꝯueniūt potū imiscuit cibis. ¶ Et in sua ordiatiōe versus nō dationē posuit succos granatoꝝ acetosoꝝ tn̄ alio pari vel plus appropinquātibus vni extremo deinde muzis: deinde dulcibus. equauit ꝟo iulep succo granatoꝝ nō ponens notā ordinis intelligens potissime per iulep syrupum simplicis decoctōis aque ꝛ zucchari. et noīauit hoc subtile in quo licꝫ ponat plus zucchari q̄ꝫ i aq̄ cōi zuccharata. Illud tm̄ qd̄ est liquidius pluri aqua ꝛ zuccharo pautiori dicitur subtile ꝛ longū: qꝛ in longū trahibile respectu coctiōis coctū toti⁹ ꝛ plus de zuccharo hn̄tis. ideo ꝑpter paucitatē sue nutricatiōis preponit ipsum aque ordei, quē subtilē post ip̄m graduat: deinde grossam suo capitulo declarandā. ¶ Postea olera, quia herbas vsuales frigidas ꝛ humidas quibus iā corpora cōiter alebantur noīans attriplicē citrinā blitē spinachiā ꝛ bletis siue bletū aut bleta vsualē intelligās vsuꝫ decoctionis hoꝝ in brodio pulli aut simul nō comestis corpulētꝭ vt sani comedūt aut pānicū: deīde tāgit kist ordei de quo tangam. ¶ Tangit postea cibos declinātes ad grossum et primo extremitates galli et galline iuuenū non coeuntiū intelligendo per extremitates partes alarū humerū et brachijs proportionatis. ¶ Deinde tāgit carnes perdicū: maxime ossuosas: deinde subtiliores, vt auicularū paruarū in locis siccis degentiū. ¶ Deinde tangit kist ordei: ad quem hec latitudo terminatur in extremis sue grossiciei minoris. ¶ Tāgit

vlterius infusionem panis purioris farine intelligē do infusionem panis non expressi et eius modicam virtutem habentem et hanc dietā dixit esse subtiliorē dieta media. ¶ Infusionem vero panis cū expressione magna vult esse grossiorē kist ordei. ¶ Et post hanc a quā posuit sirupū acetosū ꝛ mellinū aut zuccharinū de quibus dicetur loco suo. ¶ Hec etiā fit differētia inter zuccharum et mel. Licȝ tamē isti cibi per Auicennaȝ positi sint conuenietes febricitātibus. Usuales tamē cibi adulationibus medicorum et infirmorum lascivis et dominarum sunt non cognita febri aut tempori eius: sed solo intuitu complacentie dominarum: et vt ne infametur medicus nimia subtiliatiōe diete infirmum defecisse vel defecturum esse qui primo in tm̄ viuunt contusu pulli aut sublimatis factis et oua ꝛ nō modo istorū quātitate debita contentantur aut vicibus: sed peramplius ꝙ sani volentes accipiunt infirmi vel coacti omniū canonū memoria labitur ānectorum deletur ac etiam auctoritas infirmus longius lāguet in loco vt sanius dici possit hominem non occidisti: sed cibauisti febres. ¶ Sed infirmo ꝛ nature fragilitati imputatur. Nec solum hoc florentie euenire putetur: sed vbiqȝ irripit animos ista rubigo: est tamē padue vsualis pānata quem nominant cibum temporalem quo vtūtur xpiani est panis coctus brodij pulli et quādo est tempus resumptionis vtuntur contuso: aut decoctione pulli. ¶ De carnibus hic nihil dico modo cū quid infra determīaturus sim in cuius nominatis puto multos errare. ¶ In lombardia ꝛ potissimuȝ medulani vtuntur decoctione pannici in aqua simplici aut in aqua decoctionis pulli: ac etiam aliquando et sepe in potu cum vino predictum sumunt. Credo tm̄ pānatam cum ptisana ordei esse debitos cibos. Alibi etiam vtuntur quadam decoctione farri. Sique tamen erunt speciales cibi: aut condimenta explicādi sunt in locis particularibus: vt exprimit Auicenna.

vsualia cibaria.

panata

contusū decoctio pulli

aq panici

farre



Venio ad capitulum aque ordei principa-
liter ⁊ sirupi acetosi:et licȝ aqua ordei sit
multiplex ad varia:vt patet p Mesue in
suo de appropriatis vt iportet aliquãdo
ptisanã vtar tñ vt pretendit vocabulũ et
primo aqua in qua nõ est nisi subtile ordei et q̃ altera-
ta est p qualitatẽ ordei. Cui⁹ descriptionẽ ponere pos-
sumus p Auicennã. ℞.aque fluuialis bone sacrati.xx.
quid sit sacrati dixi in expositiõe littere. Accipe ergo
duas lb.⁊.ʒ.j.ordei ⁊ dimittas bullire ad cõsumptioeȝ
quattuor ptiũ:ita vt remãeat vna quita ei⁹. tñ sufficit
si cõsumat eius medietas aut tertia ps.deinde dimit
tat residere ⁊ post residẽtiã capiatur rubeũ subtile et
grossum feculentũ dimittat ⁊ iniectũ potu ⁊ aliis effe
ctibus,quos querim⁹ ex aqua ordei p auctores. ¶ Sup
expositionẽ vero littere multoruȝ vero terminorum expositi
onẽ posui,iõ dimitto in pñti trãsiturus ad notitiã si-
rupi acetosi,pro cuius noticia quorũdã termĩorum gñа-
liũ expõnes posite sunt. ¶ Primo ergo nomen est iste
sirupus:rob. Iste eñ termin⁹ sirupus vt tangit symon
arabice dictus sirab ideȝ grece iportat qd potio.decla
ratur tñ ad importãdũ potionẽ liquidã cũ zuccaro aut
melle vt plurimũ non solutiuã. Iste vero termin⁹ robub
importat succũ per se inspissatũ.vt.v.canone tractatu
vj.satis a principio dicebat Auicẽna. ¶ Et differẽtia
quidẽ inter rob ⁊ robub ⁊ sirupum,qr est rob est succus
inspissatus p seipm:⁊ sirupi sunt decoctiones ⁊ succi
inspissati cũ dulcedie. ¶ Pro isto etiã dicebat Mesue
ĩ antidotario distinctiõe.vj.in pte de robub vbi restat
sermo quorũdã cõpatio ⁊ succorum depuratio ⁊ inspissa
tio calore ignis aut solis. ¶ Scdo premittẽdũ qr siru
pi aliĩ sunt simplices,aliĩ cõpositi. ¶ Sirupus dicitur
simplex a simplicitate aq̃:qr fit aque vsualis aut aque
sublimatõis:vt qr cõponit ex zuccaro vel melle et po-
tissime zuccaro,⁊ noiat iulep. ¶ Sirupus vero dicitur
cõpositus quia vltra aquas predictas ⁊ zuccarũ aut

mel recipit aliquid aliud, vt acetū aut succū aliuꝫ: aut aromata: vt loco dictarum aquaꝝ accipiūt aquas de-coctiōis radicū aut seminū vel aromatū vel similium. ¶ Sirupi simplices distingui pñt in sirupū siue iulep absolutū recipiens aquā comunē ⁊ zuccaꝝ et in omni iulep denoīatio fit a noīe sublimatōis aq̄ sic iulep roſ. vel iulep violatū: nenufare. ⁊ sic de aliis. Nā (vt ē tactū) ōis sirupus p̄cipue cōpositus ex aqua sublimatiōis et zuccaro dici pōt simplex: ⁊ sicut sirupū dicim⁹ simplicē ita iulep decernimus simplex simplicitate inspissati succi ⁊c. ¶ Ex dictis apparere pōt sirupū noīari cōpositū: qꝛ ex difformibus cōponaꝛ, qui distinguunꝛ in cōpositū rōne aceti p̄cise vsualis. Et noīaꝛ acetosus simplex et dīa in frīo: vt ē euidēs inter sirupū acetosuꝫ cōpositū ⁊ simplicē. Nā ōis sirupus acetosus ē cōposit⁹ patet hoc: nam habet acetū faciēs cōpositionē sirupi. Aliquis tñ appellaꝛ sirupus acetosus simplex noīando seu intelligēdo acetū de quo dictū ē: nō habet aliaꝫ difformitatē a p̄dicta. Et ita ōe iulep prehabitū apposito aceto defineret esse iulep: nā esset cōpositus sirupus, esset oē tale sirupus simplex acetosus. ¶ Simĺr si noīemus sirupū acetosuꝫ cōpositū, a succo vel aqua alia acetosa. ¶ Simĺr oē prehabitū iulep cū succo arātii vel limonis dici posset sirupus acetosus cōpositus: et quilibet talis sirupus diceret sirupus simplex acetosus. ¶ Sirupus vo acetosus distingui potest in sirupū simplicē recipientē aquā cōem. cuius descriptiōeꝫ et modū tangit Auicēna in pñti capl'o. ⁊ in recipiētē zuccaꝝ ⁊ acetū: et nomiaꝛ squigibin siue squigibū seu simplex oximel, ⁊ nō simplex, sed cōpositus sirupus. Et dicit oximel ab oxi, qd̄ est acuꝫ: quia acutum mel rōne aceti. Sirupi aūt simplices zuccarini descriptionē sic accipe ex allegato loco: ponaꝛ in vase dicto ꝯstricto: deinde cape acetū ⁊ nō cooperiatur zuccarū, ita vt sit duplū zucchari ad acetū, aut duplū sexq̄alteꝝ et ponatur sub vase ereo quo vtunꝛ apothecarii carbones nō

siplices

com?

syrupi

sint valde igniti siue prune ignite cum cineribus calidis ⁊ ita vt liquefiat zuccharū in aceto sine bullitione: stante tamen spumatione aliqua, que colligatur cū spatula vel instrumēto alio et dimittat cū calore multo quē acquisiuit. i. mensura tanta qua zuccharū ⁊ acetū fuit bn̄ ꝯmixta, deīde sumat aq̄ bōe fluuialis quātitas qua emineat duorum digitorū ⁊ tm̄ inuicem bulliant vsqꝫ quo inspissetur. ¶ Habete tamen mēti ꝙ potestis facere vnum sirupū liquidiorez ⁊ magis fluidū et clarificatū per filtrū, quē quidam nominat sirupuz longū et poterit esse sua maior liquiditas ꝑpter maiorationē aque vel aceti. Scdo per minorē decoctionē vel econtra possit esse spissior pluri zuccharo aut paucitate liquiori aut ampliori coctione. ¶ Huius etiam sirupi descriptionē pōit Auicēna. v. canone descriptione. iij. sirupi acetosi cui⁹ ethymologia sirup⁹ acetosus noster cui⁹ etiā specialiorē descriptionē ponit Mesue in antidotario distinctiōe. vj. vbi sermo in sirupo acetoso. Ista est ei⁹ descriptio. ℞ Zucchari boni tabarzet boni albi partes. v. effūde super illud in vase lapideo siue in vase vsuali ęreo stāgnato tamē aqua fluentiuz fontiū dulcis clare ⁊ pure aque ꝑtes. iiij. vt si accepisti de succharo. ℥. v. cape aque. ℥. iiij. ⁊ hoc si volueris facere spissum. Si vo volueris facere longū: accipe. ℥. vij. aque et decoquatur: sed abijciēdo spumam: ⁊ sit ignis quo coquet illarū prunarū, vt est tactū aut tenuis siue leuis flamma sine fumo donec clarificet ⁊ minuatur medietas aque. deinde funde super totū acetum vini albi clari vbi volueris facere modicuz acetosum. ℥. ij. et vbi medio modo. ℥. tres: vbi valde acetosum. ℥. iiij. postea perfecte coque. Huiusmodi sirupi vires ⁊ perꝯsequēs prehabiti tangit Mesue loco allegato duz dicit sermo in sirupo acetoso: Iam magnificata est inter verificatiōes virtus eius excellētissima. scꝫ in cōmunitate ⁊ posse ī materias colericas frigidas grossas ⁊ subtiles ⁊ viscosas siue adherentes. Et siquidē

sy. logus

virtus infrigidationis eius cito tollitur non sublata virtute penetrationis. Et hoc quidā gloriosus testatus fuit: quoniam eius potentia ad omnes materias est communis. ⁊ videtur ꝙ non ad materiam colericā nigram propter similitudinē et communitatem complexionum: et nos quidem diximus ꝙ facit penetrare materias alias medias in partez in quas forte nō penetrarent et facit eas acquirere difficultatem diuersam ⁊ difficilem. ¶ Dosis eius ꝯm Mesue est ab. ℥. j. vsqꝫ ad quatuor intelligendo per. ℥. j. pondus minus. ⁊ per. ℥. quatuor maius, quod dare debes. diuersificantur tamen doses ꝯm ꝙ sirupus est magis vel minus acetosus: acetosus autem ꝯm ꝙ fit longus vt nō egeat commixtione aque. Nam tunc dare poteris. ℥. iiij. medius autez medio modo acetosi. Si vō non fuerit longus: et eget administratione aque tunc cōmunis dosis est ab. ℥. j. ad. ij. cum duplo aque frigide. Scdm Mesue tamē puto ꝙ ista est dosis eius dum solus datur. Juuamēta vō eius sumuntur ab Auicēna. prima quarti. de cura putridaruz tractatu tertio dum dicit. 2º c. 7. Et sirupus quidem acetosus quandoqꝫ sedat sitim: et inscidit et soluit, ⁊ nocumentum cuius apostemati nō est plurium sicut nocumentum aque et non est eius aggregandi materiam aut inspissandi eam, iuuamenta vō eius etiam colligere possumus eadem prima q̄rti ⁊ tractatu caplo de cibatione febricitantium dum dicit. verum cum sirupus acetosus in potu datur incidit c. 8. humores et preparat humiditates ad expulsionem. ¶ Tertia descriptio magistralis. ℞. zucchari. lb. iij. adde lb. tantūdem aque: cooperiatur et cum albumie oui clarifica. deinde adde tātuz aceti clari acuti vt appareat sirupꝰ acidus ⁊ coque donec fiat spissus. Modū Mesue tene ⁊ Auicenne scdo: vt est notum clarior est modus Mesue. ¶ Sirupꝰ principalis. sirupus acetosus simplex ē de melle siue ex melle simplici de quo mētionē facit Gal. iiij. de regimie sanitatis tāgēdo

syrupi

iuuamentū eius cōstructiōe cuius littera q̄ oximel ꝓ-
dest crudos humores habētibus. q̄ sic cōficiatur mel
optimū sup prunas expumātes immittimus et tantū
aceti immittimus vt gustanti non nimis acidū videa
tur nec dulce et hoc rursus supra carbones ⁊ emineāt
qualitates eorū certissime nō appareat gustantibus a
cetū dudū. Deinde recōdito huic immisce aquā cū vtis
sicut miscētes vinū diuersimode tam miscēti aquam
acetū ⁊ mel ſm diuersitatē casuum. ¶ Unā tn̄ descripti
onem tangit vt sumatur vna ps aceti ⁊ due mellis. ⁊. iiij.
aque: ⁊ coquatur vsq̄ ad tertiā vel quartē ptē. Et si vo-
lumus facere fortius ponemus tātū aceti quātū mellis. ¶ De
illo tamen latius dixi sup lectura. Scda descriptio tā
gitur p Mes. in ātidotario distin. vj. Cuius littera hz
ita. Sermo in sequētibus. ¶ Et illud q̄ nos intelligi-
mus hic est illud cuius materie sunt tres res. scz mel ⁊
acetū: ⁊ aqua quidē ꝓpter tria ponitur in eo. Primū est
quia decoctura ponitur plus q̄ est cā inflationis resol
uitur. Scdm quia melius ⁊ frequētius tollitur spuma
eius. Tertium quia virtute a quo scz aceto citius facit
currere medicinarū virtutes ⁊ mel quidē aduersatur fle
gmati ⁊ in melle ⁊ aceto ex pmixtiōe horū ē virtus q̄ nō
ē in altero istorū tm̄. ⁊ nō est possibile ei qui experitur vt
discordet qm̄ sigillationē virtutis ab vtrisq̄ accipiat
q̄ est qr meretur permixtio vt qr fiat consecutio iuua-
mentorū multorū ꝓpriorū que sunt in corpore toto: ⁊ ad
materias que sunt in generāte ꝓprie: qm̄ resoluit eas
diuidit ⁊ subtiliat humorem grossum qui est in stoma-
cho ⁊ epate: etiam est efficax in materias frigidas mul
ti tēporis. diuidit etiam ⁊ maturat eas: ⁊ eius modus
est: vt accipiat mellis partes. ij. aque fontium clare. ℥.
iiij. aceti boni partem. j. ⁊ quandoq̄ exigit dispositio
vt addatur ad quantitatē aceti sicut te feci scire de si-
rupo acetoso quem supple diuisi in leuem recipientem
modicū acetū ⁊ in mediū recipientē medio modo: ⁊ in
sirupum recipientē plus aceti. Et cōpositio eius est vt

accipiatur mel ꝛ aqua ꝛ abijciatur spuma eius.s. dum bullierit: deinde fundatur super ipsum mixtū acetuȝ ꝛ coquatur ꝛ nō dimittatur eleuari ꝛ superxcrescere spuma sua: imo omni hora auferatꝰ dum clarescat: ꝛ dum coctū fuerit recōde. ¶ Dosis eius est ab.ʒ.j. vsqȝ ad.iij. intelligendo vt est dictū in sirupo acetoso: ꝛ diuidēdo ipsum in longū spissiusꝛ magis acidum ꝛ minꝰ: ꝛ etiā egens cōmixtione alia aqua: aut non egens. Quibus aūt cōueniat oximel: ꝛ quibꝰ pauci aceti aut multi sumitur tertio regiminis acutoꝝ tractatu cōmenti.xxvj. ibi. Potus autē qui oximel dicitur. vsqȝ ad cōmentum xlij. aque ꝟo nullū iuuamentū inueni; licȝ textus.xciiij. magis loquatur de aceto.

Dico de sirupo acetoso simplici zuccarino aut mellino aut aceto vel succo alio vel simili, quē in multos diuido ꝫm distinctionē succoꝝ acetosoꝝ primo. Scdo ꝫm distinctionem aquarū ingrediētiū dictos sirupos. ¶ Quantum ad distinctionē primā dicendū succos acetosos ex quibꝰ pōt fieri acetosus sirupus, fore multiplices: vt citri limonis arancij granatoꝝ muzorum ꝛ acetosoꝝ pomi apij citranguli piroꝝ: quorundā pomoꝝ: etiā quorundā sorbaꝝ: persicoꝝ: prunoꝝ: prunelloꝝ: crisomiloꝝ: morum: nespularum: riben: berberis: agreste: extremitatū siue prepucioꝝ vitꝭ: acetoselle: acetose: amarilium seu cerosoꝝ acetosoꝝ: quorūdā tamē applicando sirupos. Et pmo acetosi citri descriptione Mesue: cuius iuuamētū ꝫm eundē est magnū in extinguendo inflātionē colere rubee: ꝛ febres inflāmatiuas vehemētes: ꝛ febres pestilentie: ꝛ pprie q̄ veniunt in estate venenosa. Et cōfert ebrietati: ꝛ vertigini: ꝛ siti vehemēti: cuius descriptio ex Mesue talis ē. ℞. succi acetositatis citri ℔.ij. decoque in vase vitreato supra prunas cum facilitate, siue vase instangnato vsqȝ dum consumatur tertia pars: deinde coletur et dimittatur residere donec clarificetur ꝛ accipe ex eo

succi acetosi

citri

quod clarum est lb. vij. ꝛ funde sup ipsum ex iulep claro depurato lb. v. ꝛ coquatur donec inspissetur. Si autem estas fuerit, dimittatur in sole donec eius aquositas consumat. Hec descriptio fit pro apotheca vt plures inde habeant: tamen pro vno inde cape decimam partem pdicte descriptionis vel duodecimā. Per hāc descriptionē intellige descriptionem de limonibꝫ aut arancio: adde aūt de citrangulo. Alioꝝ tamen sirup orum descriptionē ponam ex Mesue. Et pmo sirupi de pomis cuius est confortare corpus debile: sanare sincopim: ꝛ tremorez cordis scilicz a caliditate ꝛ venenositate pendentes, cuius simplicez descriptionem inde recipiam. ℞. succi pomorum alborum aromaticorum odoriferorum siluestriū lb. v. coquatur succus ad medietatis consumptionem ꝛ dimittatur p duos dies vsqꝫ dum clarescat: deinde coletur ꝛ ex tribus lb. zucchare fiat sirupus: accipe sextam partē descriptionis. ¶ Tāgit Mesue tertium sirupuz de piris, que intellige odorifera ꝛ acetosa aut mellina: ꝛ valent in confortando stomachū ꝛ nauseam: stringendo ventris fluxum a caliditate pcedentem: ꝛ in laxitate ꝛ raritate stomachi a caliditate pcedentibus a materia colerica siue fine. Cuius descriptio similis descriptioni de pomis. ¶ Tāgit vlterius sirupum de persicis, quem cōferre dicit calefactioni stomachi: ꝛ siti: ꝛ fetori oris: ꝛ est modus cōpositionis eius vt habitorum. ¶ Tangit vlterius sirupum acetosum siue de succo acetoselle, vt puto: quem conferre dicit febribus pestilentialibus ꝛ multe inflāmationis: ꝛ fit modus sicut modus predictoruz. ¶ Tāgit vlterius sirupum de prunis, ꝛ hoc intelligatis de acetosis, quem describe vt al's. ¶ Tangit vlterius sirupum de granatis acetosis, quez conferre vult febribus colericis multe inflammationis, quem describe vt est tactum. ¶ Tangit vlterius sirupuz de agresta, quem vt supra intelligatis cōferentem vomitui ꝛ solutioni colerice ꝛ inflammationi stomachi: ꝛ siti laboriose in fe

bribus colericis ꝛ confortantem stomachum pregnā-tium de facili recipientium superfluitatem valentem contra venena qui construendus est ſm ipsum sicut si-rupus acetosus citri simplicis sicut dictum est. ¶ Eli-go vlterius sirupum extremitatuʒ seu prepuciorum vi tis proportionabile sirupo de agresta et modo sirupi detur. ¶ Eligo vlterius sirupum acetosum de citonijs pomis aut piris: citonijs: pira tamen humidiora sunt ꝛ minus stiptica ꝙ poma citonia. licʒ oppositum sit in piris absolutꝫ ꝛ pomis. ꝛ valet hic sirupus vomitui so lutioni ventris ꝛ siti confortationi stomachi: cuius de scriptio erit hec. ℞. succi citoniorum acetosorum de-purati clari .ʒ.x. coquatur leuiter ad consumptionem quinte partis: deīde adde zucchari ꝛ aque añ.ʒ.iij. seu iulep primi seu simplicis aque .ʒ.iiij. et coque vsqꝫ ad mediam spissitudinem. ¶ Eligo vlterius sirupum de prunis extinguentem inflammationes omnes ꝛ con-ferenti sincopi ꝛ pulsu cordis ꝛ febribus inflammati-uis ꝛ siti vehementi ꝛ vomitui. ℞. prunorum acetoso rum: quia succi aquosi post residētiā lb.j. coque facili ter vt dictum est: deinde adde zucchari .ʒ.iiij. deinde coque debite ꝛ distempera cum aqua frigida: hunc vt dixi p̄habitas habere virtutes licʒ illas attribuat huic sirupo ex alijs multis cōposito. ¶ Ulterius eligere pos sumus sirupum simplicem acetosum factum ex succo berberoꝝ conferentem inflammationibus colericis: nausee: ꝛ vehemēti vomitui: siti: ebrietati: solutiōi vē-tris: frenesi: ꝛ v̄tigini a stomacho colerico depēdētē cuiꝰ descriptionē ex p̄habitis colligere possumꝰ. ¶ Ul-tra sirupos acetosos simplices eligere possumus rob simplicia ex Mesue: vt rob de ribes cōfortās stoma-chū calidū sedans colericū vomitū ꝛ sitim: ebullitionē cordis mitigans et cōfortans cor ꝛ cōstringens fluxū collericū cuius descriptio. ℞. succi ribes ꝛ est nomen fructus ſm Serap. cuiꝰ loco apponitur acetosella lb. x. coquat̄ cū facilitate ad cōsumptionē tertie ꝑtis de

inde colet̄ ⁊ dimittatur residere dū clarescat. Deinde coquat̄ cū multa facilitate in vase vitreo donec hēat spissitudinē aut soli exponat̄ vsq3 dū pinguescat ꝙ in cipiat esse grossum ⁊ conseruet̄. Et si queras maxime stipticitatē maiorem ingrossa tñ vt pulueriʒet̄: aut sit molle ad modū cere huius dātur. ℈. ij. vsq3 ad ℥. j. cum duplo aq̄ fluuialis aut niuis. Et dicit Mes. te scituꝝ ꝙ rob aq̄: q2 succi acetosi hoc est acetose huic simile ē rob de berberꝭ habito succo suo describēdo vt est tactū minorare potest dosim ad lb. j. succi. i. huic simile est rob de agresta. ¶ Item rob de cornis. Itē rob acetoꝝ citri. Itē rob de sumac. Itē rob de moris celsi aut rubum maturis. Itē rob de citonijs acetoꝝ. prope tñ maturationē3 tm̄. Itē rob de pomis aromaticis. Itē rob de granatis acetosis. Ite3 rob de persicis acetosis.



Expeditis sirupis simplicibus acetosis et robub ad cōpositos veniendū et ad robub cōposita ⁊ tertio cōdita. ¶ Pro pmo igit̄ dicendū ꝙ multiplr pōt reddi sirupus acetosus. Primo rōne cōponētiū siue acetosorū ingredientiū. ¶ Scdo rōne aquaꝝ decoctionū aut sublimationū aut vtrorumq3 simul. ¶ Tertio ratione puluerū aut infusionū. ¶ Quarto mixtim ex oīb⁹ istis aut quibusdā. ¶ Primus modus multiplr variari pōt. Cōponere enī possumus acetū cū vino granatoꝝ acetosoꝝ et ʒuccaro ⁊ aqua ⁊ īde cātur oxiʒachara quasi acuta ʒacchara: que lic3 sit sirupus acetosus cōposit⁹ varie tñ potest noīari simplex oxiʒachara ad drīam sirupi acetosi cōpositi rōne decoctiōis radicū vel oxiʒacra succoꝝ cui⁹ notitia habet̄ a Nicolao. lr̄a. xvj. cui⁹ verba. Oxiʒachara ab oxi ꝙ est acetū et ʒachara ꝙ ē ʒuccaꝝ ꝙ aūt fit ⁊c. ℞. ʒuccari supple albi. lb. ij. succi malorū granatoꝝ supple muʒoꝝ aut acetosorū. ℥. viij aceti. ℥. ix. ponatur super igne3 in vase stangnato ⁊ tā diu bulliat semper agitādo cum spatula donec redeat ad quantitate3 ʒucchari ⁊ in pixide possit portari ad

modū electuarij illis ꝭm vſum adde tm̄ aque cōis aut ſublimationis frigide, vt remaneat res liquida ꝭm modum dictū in deſcriptione ſirupi acetoſi ſimplicis ꝭm Nicolaum. valet tertianarijs quotidianarijs maxime flegmate exiſtente ſubtili ꝛ cōiuncto colere. Valet etiam acutis ꝛ peracutis febrib⁹. Cōfert quartane: ꝛ nō vere, quia in melancolia colerica ſiue cōiuncta multe colere, colerā de ſtomacho purgat cōprimendo. huius ſpiſſi ꝛ liquidi. doſis eſt ab. ℥. j. vſqȝ ad. ij. cū duplo aque aut hui⁹ logi deſ ab. ℥. ij. vſqȝ ad. vj. varie in calore ſeu frigiditate ꝭm tempoꝝ diſtinctionē aut cōditionē aliarū. ¶ Per hunc modū cōpoſitiōis potes intelligere ſtāte paritate aquaruȝ ꝛ zucchari alios modos cōpoſitionū ꝓpter diuerſa acetoſa alia aut ꝓpter cōpoſitionem acetoſi cū nō acetoſo ſucco. ¶ Alij modi cōpoſitiōis ſatis intelligibiles ſunt per habita: ꝛ hoꝝ ponētur exempla maxime ex deſcriptiōe Meſue. ¶ Primo tangitur vna deſcriptio acetoſi ſirupi de ſuccis fructuū ſedātes inflāmationē febris ꝛ colere rubee: ꝛ ſitim ꝛ inflāmationem cordis ſtomachi ꝛ epatis. ℞. ſucci granatoꝝ acetoſoꝝ ꝛ muzoꝝ ana partes. iij. quia grā exēpli. ℥. iij. coque leuiter ad ꝯſumptionē tertie partis ꝛ permittatur reſidere vſqȝ ad duos dies donec clareſcat: ꝛ capiāť de eo due partes: quia. ℥. ij. ꝛ. ij. ℥. iulep. ſ. ſimplicis ꝛ abſolute denoīatōis tres partes: qꝛ. ℥. iij. vel. iiij. quere moduȝ cōpoſitionis ꝭm rōnem acetoſoꝝ ꝛ decoctiōis in Meſue loco allegato cui⁹ deſcriptio. ¶ Modus ſirupi acetoſi de ſuccis ꝛ aquis fructuū ſtringit vomitum ꝛ colericū fluxum: ꝛ cōfortat ſtomachū calidū: ꝛ abſcindit vomitū pꝛegnantiū: ꝛ ita valet cōtra coleram multū ſubtilem: cui⁹ deſcriptio ē hec. ℞. ſucci citonioꝝ maloꝝ ꝛ piroꝝ granatoꝝ muzoꝝ ana partes equales: qꝛ. ℥. j. ß. aq̄ decoctiōis ſumac ꝛ berberſ aā. ptē. j. ß. qꝛ. ℥. j. ß. zucchari ptes. iij. qꝛ grā exēpli. ℥. iij. aut. iiij. tm̄ addēdo multū itellige in reſpectu ſuccoꝝ dictoꝝ ſiue doſes eoꝝ. vt ſi fuerit. iiij. ℥. ſumātur. iij. zucchari penes eādē cōpoſitionē

syrupi

cōtra materiā colericā.valet alter sirupꝰ Mesue cuius
littera est modus sirupi acetosi de prunis:⁊ est sirupus
extinguēs īflāmatiōes oēs:⁊ cōfert ad sincopim.⁊ ad
pulsum cordis:⁊ febribꝰ īflāmatiuis:⁊ sitim vehemēter
sedat:⁊ ebrietatē.vertiginē ⁊ vomitum.⁊ est expertum.
cuiꝰ est descriptio tal'.℞.aq̄ qꝫ succi clarioris aut aque
decoctionis prunoꝝ acetosoꝝ aq̄ tamaridoꝝ:succi gra
natoꝝ acetosoꝝ an̄.lib.j.coq̄tur facil'r.⁊ cū lb.j.zuccha-
ri f̄.sirupꝰ ⁊ det̄ cū aq̄.vt dictū est.¶ Alter modꝰ sirupi
acetosi cōpositi valētꝫ etiā ꝯtra febres colericas ⁊ in-
flāmatiōes magnas stāte etiā cōpōne alioꝝ preter ace
tosa ⁊ cōes aq̄s ⁊c̄.est iste, qui tangit̄ ex Mesue, cuius
descriptio est in lr̄a. Modus sirupi acetosi de pomis
descriptiōe nr̄a valēs ad febres colericas ⁊ mlt'i acu-
minis ⁊ ꝓprie q̄ accidunt iuuenibꝰ ⁊ in estate estiua:⁊
cōfert siti vehemēti estuose ⁊ stomachi ⁊ epatis īflāma-
tioni cuiꝰ descriptio.℞.maloꝝ acetosoꝝ:succi agreste
succi granoꝝ acetosoꝝ.an̄.lb.j.ß.succi endiuie cocti et
dispumati aceti.an̄.lb.ij.zucchari lb.viij.coque inuicē.
deinde cola ⁊ aromatiza cū.ʒ.j.cāphore ⁊ da in hyeme
℥.ij.huiꝰ cū aq̄ melonū:qꝫ decoctiōis aut sublimatiōis:
⁊ in estate cū aq̄ frigida.huius tn̄ modū magne descri-
ptiōis ordīa solū p tertiū.¶ Ad idē valet alter sirupꝰ q̄ i
ordīe sequit̄.cuiꝰ descriptio.¶ Sirupꝰ acetosus aliꝰ de
pomis valēs vt supiorꝫ:cuiꝰ descp̄tio.℞.succi pomoꝝ lb.
j.succi acetositatꝫ citri lb.ß.iulep boni.lb.ij.sete tincte i
grana ita trite vt puluerizari possit.℈.iiij.infundatur
in dicto sirupo vt fiat magis cordialis.Deinde colet̄ ⁊
fortit̄ exp̄matur.⁊ det̄ quātitas vt p̄us. Huius etiā or-
dina solū tertiā ptē penes cōpositionē.⁊ ꝯtra cōsimilez
sy. lenitiuj. materiā ⁊ febrē sincopalē munitā. ¶ Uide sirupū aliuz
lenitiuū cuiꝰ descriptio ⁊ noticia. Modus sirupi aceto
si ad alternabin ꝯferēs febribꝰ sincopalibꝰ calidis et
siti vehemēti ⁊ tussi sicce ⁊ stomachi ⁊ epatis inflāma-
tioni.℞.alternabin.℥.iiij.ponāt̄ in vase lapideo:⁊ fūde
super ip̄m succi endiuie cocti ⁊ dispumati lb.j.bulliant

ebullitione vna. qꝛ breui aut leui ebullitiōe. deīde frica manibꝰ ꝛ cola. Deīde accipe aq̄ ro. succi granatoꝝ muzoꝝ añ. lb. j. succi vuaꝝ agrestiū: succi acetositꝫ. citri. añ lb. j. zucchari lb. iij. da vt dictū ē. ꝛ miora descriptionez. ¶ Penes cōpōnē aliā ꝛ ꝯtra ꝯsilꝫ mafiā tāgit Mes. sirupū aliū acetosū ꝛ aleratiuū calorꝫ ꝛ solutiuū colꝫice materie. cuiꝰ descriptio ē in lr̄a. Modi sirupi acetosi solutiōe educētꝫ colerā ꝛ extiguētꝫ inflatiōez. ℞. prunoꝝ siccoꝝ sebestē añ. numero. c. tamarīdoꝝ. lb. ß. mirab. citri. ℥. iiij succi roß. ru. recētiū siluestriū. ℥. iij. māne cass. fistꝫ. ℥. iij. ß. zucchari bōi albi lib. iiij. fūde sup illud aceti lb. ij. succi granatoꝝ acetosoꝝ lb. j. ß. coq̄ facilr̄. deinde circa finē decoctōis accipe scamōee bone intellige correcte. ʒ. vj. vel loco eiꝰ cape. ℥. ij. electuarij de succo roß. ꝛ dissolue in aq̄ decoctiōis prunoꝝ quātitꝫ. ℥. iij. ꝛ cola: ꝛ colatū misce sirupo ꝛ ꝑfice: ꝛ da hꝰ sirupi. ℥. j. ß. vl' fac lōgū: ꝛ potes plꝰ dare ex ꝓhitꝫ hꝰ sirupi potes facere q̄rtā ꝑtē. nā vt auctores ponūt descriptōes magnas ī ꝑtibꝰ hoꝝ sint sufficiētꝫ. ꝛ qꝛ mediciaꝝ ꝟtus meliꝰ refuat ꝛc.



Abitis sirupis materie sincopalis colꝫice cōpetētibꝰ. Nūc erit s̄mo de sirupis acetosis magꝫ cōueniētibꝰ materie mixte magꝫ dn̄ante colꝫa. et p̄mo facere possumꝰ sirupū acetosū cū decoctōe radicū ēdiuie ꝛ fēiclꝫi. vt. ℞. endiuie. ℥. ß. radicū feniculi. ʒ. iij. f. decoctio in lb. j. aq̄ ad cōsumptionē tertie ꝑtis. deinde cola: postea. ℞. aceti. ℥. j. deinde sirupizet cū. iiij. ℥. zucchari ꝛ cōple decoctionem: ꝛ potes addere in processu vel in principio vinū granatorū muzorū aut acetosoꝝ aut dulciū s̄m magis ꝛ minus dominiū colere. Potes etiā in principio seu in ꝓcessu ponere radices. Ubi intēdis magꝫ ad subtiliādū. vn̄ potes facere sirupū de tribus radicibꝰ aut. iiij. aut. v. radicibꝰ vt anthonomatice ītelligit. v. radices calidas. feniclꝫi. apij. petroß. ſpragi brusci. Un̄ sirupus acetosus de duabus radicibꝰ cōiter intelligit de radicibus feniculi ꝛ apij: q̄ apiū suspectū

syrupi

radices frig.

a bisantiis

habeo propter caput: ideo vtar potius radicib⁹ petrosi lij. Ad materiam tamen mixtam conuenit sirupus ex decoctione radicū frigidarū: vt endiuie. lactuce: et calidarū predictarum. Unde primo fieri potest sirup⁹ acetosus de vna radice tm̄ calida vel frigida: vt apparebit. ¶ Descriptiones tñ aliquas Mesue explicabo sirupoꝝ acetosorū mlte cōpōnis ex decoctione radicū succorum aut seminū quaꝝ descriptionū prima talis est. et erit sirupi acetosi ex succis herbaꝝ ꝛ acetoꝝ erit cōpō radicū fenicli sirupi dinarij cui⁹ interp̄tatio est de bisancijs, q̄ confert febribus oppilationū febribus colericis et flegmatic ꝛ yctericie cōferēs. cui⁹ descriptio. ℞. succi endiuie: succi apij. añ. lb. ij. succi lupuloꝝ. succi boragis: succi buglose domestice vl' siluestr. añ. lb. ij. bulliāt bullitione vna: qꝛ leuiter bulliāt ꝛ d ispumetur ꝛ depuretur. Et accipe hui⁹ totius purificati lb. iiij. zucchari tabarzet. lib. ij. ß. folioꝝ ros. ru. dū querimus confortationē mēbrorū interioꝝ epatis ꝛ cordis ꝛ stomachi. liquiricie. ℥. j. spice. ʒ. ij. anisi: feniculi: semis apij. ʒ. iij. bulliāt inuicē succi cū sufficiēti quātitate aq: deide colet ꝛ adde aceti lb. ij. sirupiza cum dicto zuccharo et minora quantitatem descriptiōis ad tui libitum: et sicut tu potes facere sirupū acetosum de vna radice vel duabus vel trib⁹: ita de succis. ¶ Que vero sit differētia inter sirupū de radicibus ꝛ succis, suo loco tāgendū erit. Quādo etiā conueniēt hij ꝛ qñ non tactū est sup littera ꝛ tanget in p̄ticularib⁹ curis. ¶ Scda descriptio sirupi acetosi ē ex radicib⁹ p q̄ dicit Mesue. modus sirupi acetosi cū radicibus cuius operatio est ad colerā grossam et difficilē et ad flegma: incidit em̄ ꝛ abstergit: et aperit oppilatōes q̄ sunt in epate ꝛ splene ꝛ renibus. cui⁹ descriptio. ℞. aque fontiū clare lb. x. pijce sup ipsa radicū feniculi: apij: endiuie. añ. ℥. iij. seis feniculi: apij: anisi. añ. ʒ. viij. semis endiuie. ʒ. ß. coquat faciliter donec deueniat ad lb. v. Deinde proijce sup aquā zucchari boni. lb. iij. clarifica modis p̄habitis. deinde funde sup toto aceti. lb. j.

vel minus: vt videris oportunum. ¶ Contra materiam mixtã plus dñante flegmate est simplex acetosus dyarodon ꝑ quo Mes. Sirup⁹ simplex acetosus dyarodõ valens ad febres cõpositas et ad eas in quibus corrũpitur forma: et apit oppilatiões epatis ⁊ splenis. Cui⁹ descriptio. ℞. succi endiuie. ℥. ij. ros. ru. ℥. j. liquiricie. ℥. ß. spice. ʒ. ij. ß. seis anisi. fenicli. apij. añ. ℥. ij. proijce sup ea aque lb. vj. et decoque vsq ad cõsumptionẽ duarum partiũ: ⁊ cũ tribus libris zucchari ⁊ duabus aceti: fiat sirupus. Dosat Mes ab. ℥. j. vsq ad. iij. ⁊ dicit dyarodõ a ros. ¶ Aliũ tangit ad idẽ ⁊ habet ita littera. simplex acetosus de succis herbarũ cũ aromatibus aperit oppilationes ⁊ morbos oppilationum curat: et valet ad febres ꝑmixtas. cuius descriptio. ℞. succi feniculi: ap ij lupuli cocti et despumati añ. lb. ij. succi buglose lb. j. ß: ros. ru. ℥. j. spice. ʒ. iij. liquiritie. ʒ. viij. semis anisi: feniculi: apij: rauet: eupatorij. absinthij cuscute añ. ʒ. vj. zucchari. lb. ij. ß. condias siue aromatiza cũ gallie aromatizate. ʒ. j. ¶ Ad idẽ ⁊ maxime cõtra flegma est Mesue cui⁹ ꝟba mod⁹ sqnzibin de radicib⁹ cõferẽs ad febres digerens ⁊ abstergens colerã grossam ⁊ flegma ⁊ apit oppilationes oẽs ⁊ ꝓprie que sunt in stomacho: epate et splene. ⁊ ꝓuocat vrinã. Cuius desciptio. ℞. succi apij fenicli añ. ℥. j. radicũ apij: fenicli. añ. ℥. ij. mũdẽt ⁊ terãt radices ⁊ ꝓijciant sup eas in vase lapideo aceti boni ãtiq albi lb. x. dimittat die ac nocte. deide coqtur ad cõsumptionẽ tertie ꝑtis. deide coletur ⁊ proijciatur super totũ mell'. lb. vj. ⁊ sirupizet ⁊ minue dosiz ad tui placitum. ¶ Ad idem maxime cõtra flegma grossum et viscosum ⁊ putridũ: et est aperiens oppilationes epatis et splenis: et est squinzibin de tersi siue leuistici. Cuius descriptio. ℞. radicũ feniculi: apij. tersim id est leuistici eupatorij azari: absinthij. carui. añ. ℥. ß. gario. galange añ. ʒ. iij. spice. ʒ. ij. in aceti lb. x. ad cõsumptionẽ medietatis cũ. lb. j. mell'. fiat squinzibin. Melius est tñ ponere medietatẽ aceti ⁊ medietatẽ aque, minora dosim vt

aceto. diarodon:

sqnzibin i. sy. acetosi

d calamento

est tactū. ¶ Aliud squinzibin tangit Mesue cuius lr̄a patet iuuamēta etiā squinzibin. ¶ Descriptio de calamēto cōferēs diuturnis ꝛ duricie viscerū ꝛ splenis ꝛ incidit ꝛ abstergit materias grossas scꝫ magis putridas flegmaticas. Cui⁹ descriptio. ℞. radicū fenicli. apij. endiuie añ. ʒ. i. squināti. ʒ. j. seis apij: fenicli anisi. añ. ʒ. vj. spice azari masticis cassielignee calamēti agrestis et domestici. dauci petrosilij añ. ʒ. iiij. gariofiloꝝ teysim: zinzib. galāge añ. ʒ. ij. bulliant in lb. viij. aceti ad cōsūptionē duarū ptiū. deinde cola ꝛ adde mell' dispumati lb. v. et complete sirupiza. Minora dosiꝫ descriptionis predicte ad tui libitum. Dosat Mesue hunc sirupuꝫ ab ʒ. j. vsqꝫ ad duas. maxime coctū intellige ꝛ cōplete: quia huius longi potes dare vsqꝫ ad. iiij. ¶ Tangit vlterius Mesue sirupū acetosum aliū cōtra materias flegmaticas frigidas valde ꝛ viscosas et maxime in nō febricitantibus. tñ quia propter emergentes casus etiaꝫ in febribus addendū cogi possemus, eius descriptionem nō obmittam: et dicit͛ oximel squille. quia basim et denoīationē recipit ab aceto squille. idcoqꝫ verba, que tangit Mes͛ de aceto squille premittā et illa sunt. ¶ Sermo in aceto squillitico, concordati sunt sup iuuamenta aceti squillitici ad egritudines multas ꝛ statuerūt in cōpositione eius ꝛ inuenerūt vltra modū cōpositionis ei⁹ modos famosos de quibus loquemur iam. Et sunt ipsius iuuamenta multa, que cōferunt epilentie ꝛ vertigini: ꝛ gingiue grosse et putride ꝛ confortat dentes emotos: ꝛ facit odoreꝫ bonū. Et si est in eo' fetor, remouet cum fortitudine ꝛ a mēbris annecat. ¶ Item cōfert etiā cāne pulmonis ꝛ corroborat lacertum vocis et clarificat vocem: et membra nutritiōis: qm̄ abstergit stomachi putrefactionem ad febres: ꝛ facit digestionē bonā, ꝛ confortat appetitum: ꝛ cōfert spleni, ꝛ dolori epatis, et stomachi: ꝛ confert membris expulsionis. nam prestat manifestum iuuamentū mollificationi vesice et matricis

squillitici

prefocationi. Et prebet magnum iuuamentum doloribus ꝛ egritudinibus iuncturarū, ipsum em̄ subtiliat humorū grossiciem et ponit materias viscosas faciles ad expelleudum: et interdū ex humoribus grossuz ꝛ viscosuz educit ꝛ interdū educit colerā nigrā: ꝛ ē ex reb⁹ preseruātibus corpus ꝙ putrefactiōe ꝛ cōseruātibus ipm in sua sanitate: ꝛ acquirit vsus eius materie corpora: ꝛ conseruat in iuuentute et confortat corpus cui accidit laxitas ꝛ mundificatio: ꝛ efficit colorem bonum. Cui⁹ descriptio. ℞. ex laminibus squille et proprie que sunt medie inter corticis ipsius quantitatem, quam volueris ꝛ consue eas separatim in stilo ligneo ꝛ dimitte siccari in vmbra per dies quadraginta postea minue eas in frustra cum incisorio ligneo vel cutello et pone ad omnem libram eius aceti lb. viij. ꝛ pone in vase vitreo stricti orificij et stringe caput eius ꝛ dimitte soli per aliquos dies scz quadraginta post illud cola et administra vbi oportet. Et si necessitas vrget, sepeliatur in cineribus calidis vas vel in arena calida cum sumptione et non repente sed inter horam. Et dixit Paulus lamine eius sic supponantur a principio veris vsqꝫ in finem estatis: ꝛ in vase vitreo sigillato exposito soli post illud administratur ꝛ sumatur ex eo in potu stomacho ieiuno omni die parum donec deueniatur ad. ℥. j. ß. vel sit dosis ab. ℥. ß. vsqꝫ ad. ℥. j. ß. Et quia hoc valde displicibile est, potest accipere' octuplum aceti ꝛ simplicium laminarum squille preparatarū. vt dictū est ꝛ pone ad sublimandum ꝛ vti illo tanquam aceto squille. ¶ Notificato aceto squille seu sublimato venio nūc ad descriptionem oximellis squillitici virtuosi contra materias difficilis eradicationis maxime flegmaticas supple: et confert egritudinibus stomachi, et epatis, ꝛ capitis, ꝛ viscerum: ꝛ valet contra eructuationem acetosam et mollificationem vesice. ℞. mell'. dispumati. lb. iij. aceti squille. lb. ij. coquantur ꝛ dispumetur et perficiatur decoctio eius, sicut dicimus de speciebus squinzibin.

¶ Modus scd's oximell' squilliticit:squinzibin de radicibus ⁊ co͠uenie͠t ꝫ.squinzibin de radicibus ⁊ differentijs ab isto:quia in illud ponitur acetum squille loco co͠munis aceti ꝙ ponitur in isto. ¶ Tertiu͠ est oximel squilliticum descriptione Democriti confere͠s iuuamentum magnu͠ vertigini epileptie ⁊ dolori capit ꝫ ⁊ emigranee ⁊ ad oppilatione͠ cerebri et capitis ⁊ pectoris ad humiditates difficiles in eis. Cuius descriptio. ℞.origani ysopi sicce hasce seu epithimi.ſm aliquos cheisi siue leuistici lꝫ forte habeat alia littera cordumeni sticados. an͠.ʒ.v.coquat͠ in lb.iij.aque ad co͠sumptione͠ medietatis.deinde proijce super illud mell'.lb.ij.passularuꝫ lb. ß.succi alsesata.ʒ.v.aceti squille.lb.j.ß.auferat͠ spuma eius sicut superius dictu͠ est ⁊ coquat͠ sicut dictu͠ est superius. Huius descriptionis magne reseruata proportione rerum minue quantu͠ vis.



Expedito illo simplici oximelle poni pn͠t sirupi acetosi ꝯtra materias m'licas colericas digestiui eaꝝ. Et primo co͠tra colerica͠ dare possumus acetosu͠ simplice͠ ab.ʒ.j.vsqꝫ ad.ʒ.ij.cum aqua endiuie aut aqua sublimationis violaꝝ. ¶ Item in flegmatica dare possum⁹.ʒ.j.mell'.rob.cu͠.ʒ.ß.oximell'.simplicis co͠misce͠do duplu͠ aque mell'.aut aq͠ zucchari rubei. ¶ In mela͠colia dare possumus co͠similem flegmatica addendo aqua͠ zucchari. ¶ Ite͠ poterim⁹ facere oximel co͠positu͠ in colerica dando decoctione͠ radicu͠ ⁊ folioru͠ endiuie.ʒ.j.ß.aque fenicl'i.ʒ.j.aceti.ʒ.ß. zucchari.ʒ.ß.coque ⁊c͠. Et per te potes co͠ponere multos sirupos:tn͠ qr eoꝝ descriptio locis particularib⁹ magis attinet vsqꝫ illuc:loqui dimitta͠.⁊ ita co͠ponere potes sirupos acetosos compositos conrta materias alias: vt ex predictis patet. ¶ Nunc ex Mesue restat explicare duos sirupos acetosos solutiuos.quoꝝ vnus educit materiaꝫ flegmatica͠ cuius descriptio talis est. Modus squinzibin solutio͠e educens flegma ℞.squinzibin facti ex ra

dicibus circa lb.ij.et suspēde in ipso qn̄ coquit medulla cartami ligata in panno raro subtili supple trium dragmarū et frica omni hora donec perficiatur decoctio. Et qn̄qȝ ponitur in eo turbith et zinziber.an̄.ʒ.j.et ligatur in panno:aut loco supple turbith tantū agarici cum salisgēma spice.an̄.partē sextā.¶ Ulterius tāgit Mes. aliū sirupū acetosum euacuantem melancoliā. Cuius ē ista descriptio.℞. thimi:calamenti: agarici liquiricie domestice et siluestris.an̄.℥.ij.polipodij.ʒ.iij.camedreos camepitheos sticados bedegar.an̄.ʒ.v.passularum enucleatarū.lb.ß.fundātur super ea aceti boni albi: succi buglose.an̄.lib.ij.ß.et dimittātur per diem et noctē.deinde coquātur cū facilitate ad cōsumptionē medietatis: et coletur:et cum lb.iij.mellis fiat sirupus squinzibin. Et in decoctione eius ponatur in panno epythimi.℥.j. ellebori nigri:aur.iij.et suppendatur pannus et fricetur: et exprimatur. ¶ Ex predictis sirupis acetosis cōpositis ad quedam rob cōposita deuenire possumus valentia: vt apparebit. Et primo huius descriptionē tangit Mesue cuius littera ita appere habet. Rob de fructubus inflammationem extinguens: stomachum confortans vomitū et fluxū sedans:et ita valet ad colericas febres puras sanguineas: maxime existente sanguine colerico. Cuius descriptio.℞.succi citoniorum acetosorum: granatorum acetosorum et muzorum succi pirorū immaturatorum:succi pirorum et pomorū montaneorum succi zarur:succi agreste:succi acetositatis citri.an̄.partes equales :quia gratia exēpli.an̄.℥.j.berberorum sumach partem.ß.quia.℥.ß.confice vt dictum est in descriptione de rob ribes.¶ Scōm rob compositum tangit Mesue cuius littera rob de fructibus inflammationem extinguens sitim sedans:et ventrem lubricum faciēs. Cuius descriptio.℞.succi granatorum acetosorum et muzorum:aque prunorum: quia succi clariorum prunorum maturorum siue decoctionis eorū tamarindorum an̄.vt quia.℥.j.vel plus ad tui libitum:acetositatis citri

Rob

de fructibus

sorbarum

ʒ.ß.siue partis mediam quia vnius partez illorum con
fice vt dictum est in Rob de ribes. Alios modos pote-
ris ymaginari ponendo cum rob aromatica. ¶ Itez po
tes ymaginari aliorum rob compositionem cuius ex-
plicatio nimis longa foret. ¶ Item vltimo comprehen
dere possumus miuas acetosas compositas descripti-
one Mesue: ⁊ vnius ita littera habet. Confectio miue
alterius. ℞.succi citoniorum acetosorum.lb.vj.proijce
super ipsum mente sicce foliorum.añ.ʒ.viij.foliorum
rosarum.ʒ.iij.bulliant vsq ad mediuz siue ad eius me
dietatis consumptionem.deinde coletur et funde sup
ipsum succum vini albi antiqui.lb.xxv. Deinde suspen
de species elefãgineas in panno ⁊ tene in decoctione
vsq quo completur decoctio: ⁊ potes addere aceti lb.
j.minora quantitatem modo dicto. ¶ Alterius miue
noticiam ponit Mesue.cuius descriptio habet ita cõ
fectio miue facte cum succo fructuum.℞.succi malorũ
montaneorum pirorum agrestium coctorum vsq ad
medietatem ana librã vnam vini antiqui lb.duas co-
quatur modo dicto cum speciebus vel sine intelligẽdo
species elefangineas que calide sunt. ¶ Potes etiam
conficere cum frigidis: vt cum sandalis ru.aut citrinis
aut corallo.aut cum modico camphore similium: vt ro-
sarum spodiorum ⁊ margaritarum. ¶ Item potes fa-
cere miuam granatorum: vt.℞.succi granatorum ace-
tosorum: succi granatorum muzoruz.añ.lb.j.vini nigri
stiptici lb.j.ß.succi agreste: succi cornoruz añ.lb.ß.bul
liant adinuicem vsq ad consumptionem tertie partis.
¶ Ex quo habes differentiam inter hoc miua et aliud
scz sirupum quia in sirupo ponitur zuccharum aut mel
non ita in miua. ¶ Item habes differentiam inter mi
uam et rob: quia Rob est succus inspissatus clarita-
te solis aut ignis: ⁊ non ita necessario est miua. ¶ Itez
omne miua est compositu ⁊ et recipit communiter vinũ
non autem rob. ¶ Menti etiam habe ꝙ sicut fiunt mi-
ue ⁊ rob infrigidantes et constringentes: ita fieri pos-

sunt calefacientes et soluentes. Et intellige ita ex noti tia habentium succos calidos: vt sunt radices ⁊ multa alia quibus commiscere potes solutiua per te. ¶ Si rupos etiam compositos acetosos colligere potes ex Auicenna quinto canone tractatu sexto prima distin ctione sirupi acetosi. ¶ Item sirupus quarte descrip tionis cum epythoma. ¶ Sirupus acetosus solutione educēs coleram sumatur mel dispumatum aut zuccha rum et acetū forte sicut narrauimus prius: et decoque lento igne ⁊ accipe succi cucumeris asinini schamonee amborū ana. ℥. j. aut plus aut minus ꝑm quantitatem necessitatis et ꝑm mensurā quā vis: et tere ipsa et pone in panno lini et suspende ipm in vase ⁊ cōfrica oī hora donec cōsumatur et nō remaneat in panno aliquid. Cū ergo coagulatur, remoue ipm ab igne ⁊ quidā proijciūt loco schamonee radicē schamonee cum radice apij et radicibus feniculi in principio decoctionis. ¶ Alius educens flegma sumatur mel et acetū squille. ¶ Item sirupus alius sexte descriptionis: cuius hec est epy thoma. ¶ Sirupus alius acetosus expellens melanco liam sumatur mel aut zuccharum et acetum. ¶ Item septimo tangit descriptionem aceti squillitici accipe squillam albam. ¶ Item octauo tangit descriptionem sirupi acetosi squillitici ibi conferens ad difficultatem vrine ⁊c. ¶ Item tangit sirupum siue miuam de cito nijs ibi: qui confortat stomachum constringit ventrem ¶ Item sirupum acetosum compositum agresta ibi: fa ciens ad caliditatem stomachi ⁊c. ¶ Item tangit siru pum acetosum de fructibus ibi: confortans stomachuꝫ et viscera. ¶ Item tangit alium sirupum de fructibus acetosis ibi: conferens ad vomitum, qui accidit ex cole ra citrina. ¶ Item tangit vltimo sirupum acetosum al chedem siue alchore. cꝫ nomen expositum est super litte ra. et est descriptionis infinite incipiente expositio ne nostra.

sy. sotiug



Uod dictū est: istud est capitulū vt rubrica dicit de curationib⁹ febriū acutarū: circa quas plura videnda sunt reseruat̄, q̄ dicta sunt de cura putridarū in generali. de lenificatiōe ventris. ꝓuocatiue vrine. et sudoris digestiōe. ⁊ euacuatiōe ꝓpria post digestionē nāq̧ intentione sumpta ab acuitate febris vidēdi sunt modi extinctiōis caloris. ¶ Unus igitur modus sumit̄ ex infrigidatiōe aeris. ¶ Secūdus sumitur ex retētione aliquoꝝ in ore quoꝝ est humectare guttur ꝑncipaliter. ¶ Terti⁹ est alteratio per clisteria. ¶ Quartus ꝑ potus ⁊ cibos. ¶ Quint⁹ per epithimata ⁊ emplastra fienda cordi ⁊ epati ⁊ capiti. ¶ Sext⁹ per anhelationē sup rebus frigidis aromaticis. ¶ Septim⁹ per ꝓuocationē sanguinis nariū. ¶ Octau⁹ per infrigidantia cū hoc digerētia materiam subtilē colericam ⁊ ꝓuocantia somnū. ¶ Prim⁹ modus multos cōtinet modos ꝑticulares quoꝝ. Unus ē ꝑuatiu⁹: siue ꝓhibēs intentionē caloris ¶ Secūdus est positiuus quorūdam. Prim⁹ modus distinguit̄. Nam oportet ꝓhibere ne plures homies in camera sint: siue plura anhelātia aialia, ne eoꝝ anhelitu supcalefiat aer. ¶ Secūdus ne aliquis multū ꝓpinquet infirmo. ¶ Terti⁹ vt locus infirmi nō sit strictus ⁊ decliuus siue bassi solari. ¶ Quartus non alio impediēte, vt nō stet in camera lignea. ¶ Itē quīto nō sit murus valde nouus nimiū ⁊ grosse inflāmatiōis ⁊ vaporatiōis: nec sit etiā murus valde antiquus. ¶ Itē sit potius camera de creta q̄ꝫ de cemēto. ¶ Itē in estate stent fenestre clause. ¶ Itē nō dormiat super pluma: sꝫ potius sup coto siue tamaracio de coto. ¶ Nūc magis ad positiua veniendū. ⁊ ꝑmo ad renouationeꝫ siue ꝑmutationē aeris, vt mane renouet̄ aptione fenestraꝝ aut flabellādo cū flabellis aut pamuscis: seu ponat̄ linteameꝫ ꝺm lōgū extensum: ⁊ a duob⁹ hōib⁹ simul capiat̄ ⁊ ita ducatur ante ⁊ retro: illo enī modo renouabit̄ aer. ¶ Item ꝺm Auicēnā sit dom⁹ nouiter cōstructa ex luto siue cre-

ta cui crete loco pallee misceant cota papiri: qz lanugi-
nose partes, q frigide sunt papiri: qz cuiusdā rei degen
tis r aqua, q ponit ad obturandū rimas vegetū ne sper-
gatur vinū. erit eni hec camera frigidior. ¶ Itē si habe
ri possit nix aut glacies aut pruina aut grando ponat
in camera. ¶ Itē si fieri posset fluant fontes siue aq̄ flu-
uiales p camerā aque dulcis. ¶ Item sternatur camera
folijs salicū seu rosarū aut violarū aut matrū violarum
aut folijs nenufarꝫ aut corticibꝫ mādragore aut folijs
iusquiami aut cucurbite aut sempuiue aut vermicularꝫ
deinde aspergant illa folia aqua. ⁊ fiat omni die reno-
uatio. ¶ Itē aspergant parietes siue muri decuplo aq̄
⁊ simplo aceti. Et ppter nobiles cōuenit aqua ros. aut
nenufarꝫ aut violarū: vel sternatur camera cū cōi herba
pratoꝝ. ¶ Itez locus fiat sup aquam currentē aut ppe.
¶ Item sint linteamina de lino siue bombace lota in aq̄
ferrata ⁊ nō posita ī lixiuio. Sit culcitra leuis loco cul
citre cuius haberi pōt corium magnū repletum aere in
frigidatū super aquā siue maratacīū de bombace ⁊ ster
natur lectus folijs ros. aut salicū aut citonioꝝ aut mir-
ti aut violaruz aut nenufarꝫ ⁊ aspergat leuiter aq̄ ros.
¶ Itē pn̄t haberi calati parui ordinate impositi in qui
bus sit fructus boni odoris diuisi in partes: vt pomorū
siluestriū acetosorū. ¶ Item citoniorū mororum ⁊ piro
rū boni odoris. Itē nenufaris. ¶ Item habeātur folia
rosaꝝ aspersa aqua ros. super qua puluerizentur san-
dali ru. vt. ℞. sandalorū ru. puluerizatorū. ʒ. ij. campho
re bene trite. ℈. ij. vini odoriferi. ℥. iiij. vt muscatelli cre-
tens. aut maluatici. ¶ Item si infirmus comode sui co-
poris per se vadens se delatus mutaretur camerā sal
tem magis tempore estatis preparatā vt dictū est esset
valde bonum. ¶ Item rorationes siue fluxus aquaruz
ab alto in peluim in modum pluuie conferunt. ¶ Ve-
2 nio ad scōm principale. vt ad retinenda in ore sub qbꝫ
ego cōprehendo humectantia oris siue illa que garga
rizantur. Primo igitur docet Auicenna vt teneatur in

mucilagines

ore mucillago psilij siue seminum citoniorum . Sed hee mucillagines displicibiles sunt: ideo possumus eas infundere in succo granatorum muzorum aut pomorum vel pirorum vel similium. Modus tamen vsualis est vt ex hijs mucillaginibus: fiant sacculi magni aliquanto minores quaternis et ponantur in aqua frigida aut in aqua dictorum succorum: deinde teneatur in ore ꝛ postq̄ vnus aliquantulum calefactus fuerit recipiatur alter: ꝛ ita potest fieri ex seminibus pomorum aut pirorum. ¶ Item docet Auicenna sumere succum portulace: qui etiam potest sumi vel infundi in aliquo dictorum succorum. ¶ Item docet tenere succum liquiricie in ore: vel videte si potest haberi liquiricia recēs diuidatur in partes duas ꝛ infundatur in aquam frigidam in qua sit modicissimi aceti: ꝛ ita teneatur in ore vnū frustū aliud. Aut sumātur candi ꝛ proijciātur ad aquā frigidā, vt dictū est, vel humectētur nuclei prunorum recētiū aut siccoꝝ: aut teneātur in aqua frigida: deinde vnū post aliud in ore teneat: vel sumātur partes pirorū mūdatoꝝ aut pomoꝝ vel citoniorum aut angurie peponis plani ꝛ subtilis, vt vnꝰ grossus aliquātulū maiores quaternis ꝛ teneātur in ore postq̄ hee partes fuse fuerūt in aquā frigidā. similit valēt ossa siue nuclei amarilliū aut cerefoꝝ infusoꝝ aque frigide, vt est tactū. ¶ Item humectari pōt os tenēdo in ore aquā frigidā etiam guttur gargarizādo cū quadruplo aque frigide ꝛ simplo iulep viol. aut rob. aut alicuiꝰ acetosi, aut iulep nenufaris, aut endiuie, aut lactuce, aut sempuiue, aut portulace, aut buglose, aut iuiubarum, aut iulep cucurbite, aut melonis, aut cucumeris, aut citrulli, aut angurie, aut succi pomorum, aut piroꝝ, aut persicoꝝ, aut muzoꝝ cerefoꝝ, aut crysomuloꝝ, aut amarilium, aut vermicularis, aut virge pastoris, aut pōt capi. ℥. ß. zucchari viola. aut de nenufare aut boraginati aut rob. aut similis ꝛ infūde quintuplo aq̄ frigide: deīde colari debet ꝛ fiat gargarisma. ¶ Vel ℞. aque frigide. ℥. x. succi acetose zucchari ana. ℥. ß. mis

portulaca
Ligritia
candi
pruna
fructus
succi

ce ⁊ cola: deinde cū illo gargariza ⁊ in ore tene. ¶ Itē conuenit masticatio melonis indi aut angurie aut citrulli aut portulace recentis in aqua frigida aut pruni bene maturi recenti in aqua fiat collutio oris ex commixto ex duodecim partibus aque ⁊ vna vini albi aromatici ⁊ odoriferi. ¶ Expedito secūdo venio ad tertium quia ad descriptionem clisteris ⁊ premitto clistere Auicenne cuius descriptio esse potest. ℞. succi melonis indi cucumeris ⁊ cucurbite ana ℥.ij. succi portulace ℥.j. bulliant in triplo aque vsq; ad consumptionem tertie partis: deinde cola ⁊ cape tres ciatos siue libram vnā ⁊ semis: huius decoctionis olei rosati ℥.iiij. salis communis modicum: camfore bene trite ʒ.ß. siue ℈.j. fiat clistere. Et similiter potes facere decoctionem ex folijs iam predictorum: Aut ex aquis: et sublimationibus istarum rerum. ¶ Secundum alteratiuum ⁊ lenitiuum ventris poterit esse hoc. ℞. matrum siue foliorum violarum siue florum earum malue ana manipulum vnum nenufar quartam manipuli vnius mercurialis spinachie ana manipulum vnum bulliant in tribus libris aque ad consumptionem medietatis ⁊ colentur: ⁊ in decoctione quantitatis dicte. ℞. cassie bone et pinguis ℥.j.ß. olei violati ℥.iiij. salis communis ʒ.iij. ¶ Tertium ad idem. ℞. foliorum et sube cucurbite lactuce ana manipulum vnum succi lactucarum ℥.j. matrum violarum nenufaris ana manipulum semis bulliant: vt alia vt prius. ¶ Quartum ad idem et fortius. ℞. portulace virge pastoris: semperuiue: vermicularis: nenufaris ana manipulum vnum: malue mercurialis: violarū aut matrum siccarum ana manipulum semis: succi lactucarū ℥. vna: florum iusquiami: corticū mandragore ana quartam manipuli vnius fiat vt prius. ¶ Quinto mō potest fieri fortius ponendo in clisteri aquas sublimationis dictarum rerum addendo camforam ⁊ sandolas rubeas et ponendo olei rosati nenufarini ana ℥. vnam: salis, vt dictū est superius: zucchari violati colati ℥. duas.

cibaria

¶ Expedito tertio principali venio ad quartū vt ad re- 4
gimen p cibos. Cibi ergo lenificātes et infrigidātes: vt
tangit Auicenna sunt aque cucurbite et proprie melo-
nis indi et cucumer lactuce et melonis vsual. et spina-
chie et endiuie. et intelligantur iste aque decoctionū. et
inde potest seruari ille modus vt aliquid istoꝝ bulliat
in pullo. de cuius decoctōne debet comedere infirmus
siue de quo pullo. Si comederet etiā de substātia dicta
rū rerū nō esset malū. Docet etiā Auicenna comedere
lactucā cū modico aceti ad infrigidandum et sedandū

pruna

sitim. Cōueniūt etiā ad hanc intētionem pruna bene
matura damascena aut porcina aut dactilina īfusa in
aqua frigida: vt comedātur duo: valent eñ correcta ad

gelatina

infrigidandū et sedandū sitim et lenificandū ventrē, lz
plus cōueniunt acetosa ad infrigidādū. ¶ Item conue
niunt etiā gelatina, si carnes potest cōmedere infirm?
facta ex pullo et perdicibus et pedibus etc. et cū mucil-

ptisana

lagine citoniorum et aceto tribiani dulcis. ¶ Item con

emulsio

uenit ptisana ordei. ¶ Itē cōueniret cibus factus cum
triplo lact siue emulsiōis seminū cōiuz et septiplo lact
amigdalarū et lactis siue emulsionis papauer: vel bul

suffrixū

liant semina cōmunia et papauer in decoctione pulli al
bi, quod debet comedere infirmus. ¶ Item conueniret
pullus elixus in aliquo predictorū frigidorum. deinde
mēbratim diuisus: et aliqualiter frixus ī patella. deīde
superaspersus agresta et brodio pulli in quibus leuiter
cocta sint vitella ouoꝝ recentia prius tēta in aqua fri-
gida: et noīatur hoc suffrixum. ¶ Aut etiam si infirmus
potest cōmedere carnes pulli solidas et masticare vt p-
missa euacuatione et in declinatiōe elixetur. vt dictum
est vsq quasi ad cōplemētū coctionis. deinde ponatur
in veru vsq ad cōpletā coctionē siue leuē assationē. de
inde dismēbretur et frustratim dimittatur. et modissimo
cinamomo et sale aspergat. deinde ex granato muzo
exprimatur succus vel simile, aut aqua ros. vel lactuce
vel endiuie. Aut dum assatur pullus, continue aspgat

aqua rosata aut aliquo dictorū succor̄. Auicēna tamē docet cōstruere vnū potū ad sedandū sitim ꝛ alterandū quē noīat voca intelligēs cibū vel potū et fit isto p̄mo modo. ℞. aque casei lactis ex quo tractū est butirum. ʒ. viij. post vehementē colaturā panis purioris siue mice panis purioris simile ptis farine. ʒ. iij. cōfrica bene et tere et fūde dicte a que. Et si vis facere potū cola. ꝛ si vis facere cibū, dimitte panē sicut est, vel ad hūc auge quātitatē panis. Istud tamē nō est vsuale. ¶ Itē ordeū cōfricatū ad modū farris etiā cōuenit. ¶ Deinde ordinat etiā Auicēna cibaria siue potus infrigidātes siue stipticātes. Et primo succos acetosos, vt succū granati muzi vel acetosi. Nā succus granati dulcis aptus est aliqualiter lenire ꝛ ebullire. ¶ Itē enumerat aquā agreste siue succū. Itē aquā mori de seni, q꞉ loco illi⁹ intelligēdo maxime morū immaturum. Item aquā acetositatis citri. Itē aquā limonis nō saliti. vel berberor̄. vel etiā alior̄ frigidorū et stipticorū. De quib⁹ fiūt rob superius nominata ex Mesue. et dentur illa in potu tēperata cum aqua zucchari vel simili vel cōmiscendo aliquā istarū acetositatū cibis suis. aut faciēdo gelatinas cum istis acetositatib⁹. aut etiā faciēdo cōdimentū ex pullo. vel simili, quod nominat̄ merechia. aut de sumac, q̄ nominat̄ de sumachia aut alio simili faciēdo cōdimentū. Cōuenit simplex miua de citonijs aut simili proportionatum parte inde. Itē cōueniūt lētes excorticate ꝛ post primā decoctionē sumpte. deinde asperse aliquo dictor̄ acetosorū. aut etiā cibaria facta ex riso. aut ex panico. vel milio, q̄ magis in lōbardia vsualia sunt. Aut etiā panata facta ex pane biscocto in frustra ptito et cocto ī aqua cisterne. ¶ Expedito cibo venio ad quintū, vt ad epithimata et p̄mo ad epithimata cordis obmittēdo embrocas et emplastra. nā de eis infra dicet̄. Tangētur etiā hore epithimatum et modi. Sit ergo hoc epithima ex littera Auicēne. ℞. aque rosarū. ʒ. ß. aq̄ endiuie. ʒ. ij. coriandri recentis siue decoctionis. ʒ. j. ß. sandalorū ru. ʒ. iiij.

Infrigª

debite puluerizatoꝝ:camfore trite.ʒ.j.ß.croci licꝫ Aui-
cenna non ponat grana iij.¶ Et si vis facere fortius ꝛ
magis alteratiuū.℞.aque nenufarꝫ: aque rosaꝝ.℥.ij.ß.
aque acedule pomoꝝ aromaticoꝝ .aā.ʒ.i.folioꝝ argē-
ti.ʒ.ß.misce ꝛ habe pannū lineū bene mūdū ꝛ antiquū
et tepida hos liquores ꝛ infunde pānum in eis, et post
sufficientē infusionē sufficienter exp̄me et pone sub ma
milla sinistra.¶ Itē potest fieri sacculus cordis ille.℞.
sandaloꝝ ru.ʒ.ij.ß.labrusce corallorum ru.ana.ʒ.j.folio
rum rosaruꝫ ru.ʒ.ij.coriandri.ʒ.j.canfore acedule sicce
ʒ.ij.ß.margaritarum nouarū terātur oīa insimul et pul-
uerizentur omnia exceptis cāfora et margaritis, que ꝑ
se terantur:deinde tritis omnibꝰ et puluerizatis pone
in sacculo sindonis grane:deinde aspergatur aqua ro-
sarū vel endiuie vel teneatur modus vsualis . vt later
vel tegula debite calefacta ad ignem aspergatur dictis
aquis in quibus fuerit modicissimū croci. Deinde dictꝰ
sacculus fumigetur seu vaporetur dictarum aquaꝝ va-
poribus.deinde tepidꝰ applicetur.¶ Deinde docet Aui
cenna infrigidās, q̄ non est ita vsuale cordi, sed magis
epati:vt apparebit ꝓ epate.Igit infrigidādo fieri pōt
hoc epithima siue linimētū.℞.aq̄ rosaꝝ.℥.vj.mucillagi
nis psillij aceti ana.℥.ß.misce ꝛ cōcutiant ista in scutel
la fortiter vt bene cōmisceant ꝓpter mucillaginē:dein
de liniatur epar.vel pōt fieri hoc epithima.℞.aque en
diuie.℥.ß.aque rosaruꝫ.℥.ij.sandaloꝝ ru.ʒ.ij.spodij.ʒ.j.
aceti.ʒ.ij.habeat pānus lineus mūdus et infundat dic-
tis aquis aliqualiter tepidis.deinde exp̄mat ꝛ regioni
epatis ponat.Vel pōt fieri istud fortiꝰ.℞.aque rosarū
endiuie solatri aut nenufarꝫ ana.℥.ij.sandaloꝝ ru.ʒ.ij.ß.
spodij.ʒ.j.canfore grana.iij.¶ Itē potest fieri epati ista
leuis inunctio.℞.olei rosaruꝫ.℥.j.ß.sandaloꝝ ru.ʒ.iiij.
aceti.ʒ.j.ß.cere modicū et fiat vnguentū molle. ¶ Item
potest fieri inunctio magis alteratiua.℞.olei rosarum
nenufarū.℥.j.lauentur cū aqua endiuie.deinde.℞.san-
dalorū ru,spodij,ana,ʒ.j,cere modicum et fiat vnguen-

tum molle. ¶ Item renibus potest fieri hoc epithima. ℞.aque endiuie vel lactucarū. aque rosarum.ʒ.ij.aceti.ʒ.ij.albuminis vnius oui misceant adinuicē et bene agitentur et epithiment renes cū panno aut inungant hac vnctione. ℞.olei rosarum.ʒ.ij.sandalorum ru.ʒ.ij.cāforȩ grana.ij.aceti.ʒ.j.ß.cere modicum et inungantur renes. ¶ Item confert inunctio renū cum ciroto Galieni cuius descriptio tangit Mesue.distinctione vltima de vnguentis cui⁹ littera habet ita. Cerotū Galieni vltimū in infrigidatione et valet ad febres acutas ad sodam calidā pulsatiuā.cuius descriptio. ℞.cere albe.ʒ.j.olei rosarū.ʒ.iiij.et sit radix olei oleū onfacinū. aque fontiū clare vehementis frigiditatis cum aqua lauentur olea multotiens et quantomagis lauabuntur erit in infrigidādo excellentius:deinde accipiat aceti albi clari.ʒ.ß. deinde misceantur et cōquassentur cum dicta cera et fiat vnguentum et iuungātur renes. ¶ Si vis facere fortius adde oleū nenufarinum et canforā et alia infrigidantia fortiora. ¶ Item existente vehementi siccitate coniuncta vehementi calori conuenit oleum violatum. vt.℞.olei violarū.ʒ.i.ß.aceti.ʒ.j.fiat inunctio. ¶ Item vbi sit intentio ad infrigidandū renes et ad confortandum laxitatem eorum et texturam raritatis conuenit inunctio cum oleo citoniorum.cuius descriptionem tāgit Mesue.cuius littera hoc dicit. Oleum de citonijs stomachū et membra nutritionis confortans et neruis quibus accidit laxitas et prohibet multitudinem sudorum et modus cōpositionis eius est.℞.carnium citoniorum cum cortice suo quibus accidit media maturatio et succi eorū ana partes equales.qr.ʒ.ij. causa exempli olei oliuarū imaturarū siue incōpletarū qr nōdum peruenerunt ad finē augmēti.ʒ.x.ponant hec in vase vitreo per dies.vj.ad solem.deinde coque in vase duplici per iiij.horas et post illud fiat pmutatio bis vel ter deinde coletur totum et abijciatur grossum et iterum ponantur noua citonia. Et fiat ista permutatio bis

Infrig.a

oleu mirti

vel ter. deinde colet et recondatur totum hoc. ¶ Item ad hanc intentionem infrigidādi valet oleum mirti ꝙ etiā cōfert laxitati. ¶ Itē ad infrigidandū et humectādum valet de cucurbita oleū ex pomis mādragore, que oīa sumunt ex Mesue. ¶ Itē ad hanc intentionē infrigidandi et remittēdi laxitatē et raritatē texture cōfert cerotū quoddam Mesue loco allegato. cuiꝰ descriptio

cerotu d sādal

Cerotū de sandalis vltimū ad sedandū iflāmationes ⁊ apostemata calida ⁊ supra calefactionem in stomacho existentē ⁊ ī epate. ℞. rosarū. ʒ. xij. sandaloꝝ ru. et citoniorū. ana. ʒ. vj. boli armeni. ʒ. vij. spodij. ʒ. iiij. canfore ʒ. ij. cere albe. ʒ. xxx. olei rosarū. lib. j. lauētur omnia prius cū aqua rosarū. deinde cū cera alba fiat vnguentum. ¶ Itē spine in directo cordis trahēdo versus renes et potest fieri epithima cū aqua rosaꝝ vel aqua violarum vel endiuie vel lactucaꝝ vel nenufarꝫ vel ſm ꝙ cōstat tibi esse magis vel minꝰ infrigidandū vel humectandū vel stipticandū. ¶ Itē pōt fieri vnctio fortior vel debilior, vt videris necesse ex p̄dictis eligēda. ¶ Nunc de embrocis et epithimatibꝰ capiti fiendis nō repugnāte catarro dicendū est siue de inunctionibꝰ et linimētis. Inunctio ergo prima siue linitio vsualis ⁊ leuis satis. ℞. olei rosaꝝ. ℥. ij. aq̄ lactucaꝝ aq̄ rosaꝝ. aceti albi. ana. ℥. ß. misce ⁊ cocute bene adinuicē ⁊ lini tīpora ⁊ frontē aut inunge pānū vt apprehēdat frontē et tīpora. ¶ Scdm fortiꝰ. ℞. aq̄ rosaꝝ. aq̄ violaꝝ. endiuie. cucurbite salicū ana. ʒ. i. aceti. ℥. ß. agitent bene adinuicē: et cū panno intincto in istis frigidis tege frontē et tīpora. ¶ Tertiū fortiꝰ ad idē: adde dictis aquis aque semperuiue aque nenufarꝫ solatri ana. ℥. ß. canfore grana. iij. emulsionis papaueris agreste ana. ℥. ß. ¶ Itē pōt fieri hec ēbrocha ℞. lactucaꝝ violaꝝ. ana. M. i. nenufarū corticū. mandragore ana. M. ß. ordei quintā. M. j. decoquat ī aqua deinde fiat embrocha cū spōgia ¶ Embrocas aūt alias fortiores eligere potes ex p̄habitis ⁊ ex Mesue ī suo de approp̄atis. ⁊ eodē mō eligere potes vnctionem inde.

p capite fol. 169.

¶ Si vero assit catarr⁹: et si nō assit catarr⁹ cōuenit odora tio rez frigidaz: vnde pōt fieri hoc odoramentū. ℞. aq̄ rosate. ℥. i. ß. violaz. ℥. sandaloz ru. ℥. iij. misce et ponant hec in ampulla stricti orificij et cōcutiatur bene ampulla et vapor per nares recipiatur. ¶ Vel fiat fortius. ℞. aque nenufar et aque violaz. aq̄ rosaz. ana. ℥. j. sandaloz ru. ℥. iij cāfore grana. ij. pulverizent et ponat hoc totū ī ampulla et fiat vt dictū est. ¶ Itē potest fieri fortius addendo granū. j. opij. q̄ tamē vitet inquantū fieri potest. ¶ Itē pōt fieri forti⁹ ratiōe aquaz vt sumēdo aquā semperuiue portulace nenufar et succi lactucaz. Eligantur tamē quantomagis fieri pōt leuiora: frigida nanq̄ infrigidando et maxime caput magnū periculū est. ¶ Itē etiā possūt inungi nares ex oleis aut aquis ex p̄habit̄ colligēdis. ¶ Itē pulpe auriū liniant aqua frigida aut hijs q̄ dicta sunt ad infrigidandū caput. ¶ Itē circa testiculos potest fieri epithima aut aspersio ex predictis colligēda: pōt tamē sic describi. ℞. aq̄ rosaz. ℥. j. violaz ℥. ß. sandaloz et coralloz ru. ana. ℥. j. misce et debite cōcute et postea lini vel epithima loco dicto aut vnge cum oleo rosaz aut alio vt indicat dispositio caloris et vt cō sentit virtus. ¶ Itē si appareat rubedo incensa ī facie et naso p̄missis euacuationib⁹ vniuersalib⁹ et cōsentiētib⁹ suo loco dicēdis nō applicētur capiti frigida epithima aut odorationes sed prouocet fluxus sanguinis narium īpositione minoris digiti aut īpositione setarū porci aut fusci pēthaphilō et breuiter cuiuslibet subtilis leuiter pūgentis nares interi⁹ et cū fricatione narium interioz ¶ Alia specialia suo dicētur loco vt de īspectu rerum rubearū. ¶ Itē p̄ remittendo calorē febriū conuenit frequēs anhelatio super re frigida. vt sup̄ aqua rosarū. aut violaz. aut nenufaz ita tn̄ vt eligam⁹ frigida odorifera et cordialia. multa vero de canonib⁹ euitandi embrocās stante catarro et maxime facta ex lacte. Et de mensura infrigidationis epatis et de vitando rasuram intestinoz ex textu colligēda sunt et ī expositionib⁹

odoratu
3.
p Auribꝫ
p testicul
p naribꝫ
anhelatio s. re frigida

tacta. Unum tamen commendat Auicēna infrigidās
ꝛ digerens materiā subtilē colericā et ꝓuocans somnū
vt sirupū de papauere cuius descriptionē tangit Mes
in antidotario cuius lr̄a habet ita. Sirupus de papa-
uere conferens catarro ꝛ tussi ꝛ vigilare facit. ℞. pa-
ueris albi ꝛ nigri: ꝛ ꝓprie capitū eoꝝ. añ. ʒ. xl. coquatur
in lb. iij. aq̄ pluuialis: vsqꝫ dū redeat ad lb. j. ß. ꝛ cū zuc-
charo albo ꝛ penidijs fi. sirupus. cuius dos. ℥. j. aut. ℥. j. ß
cū aq̄ ros. vel viol. ꝛ hec potest noīari sirupus simplex
de papauere. ¶ Nā aliū cōpositū tāgit eadē descriptōe
non ita suppetētē ꝓposito lꝫ ꝓuocet somnū ꝛ ad multa
alia confert a predictis: q2 in predictis intētionibus
satisfacere potest, describam illū ac Mes lr̄a. ¶ Siru-
pus de papauere cōferēs ad tussim siccā ꝛ catarrū fa-
ciens ad somnū. cui⁹ hec est descriptio. ℞. papaueris
albi ꝛ rubei añ. lb. j. capilloꝝ veneris. ʒ. xv. liq̄ritie. ʒ. v.
iniubaꝝ. xxx. numero: seis lactucarū. ʒ. xl. seminis mal-
ue citonioꝝ añ. ʒ. vj. coquatur in. iiij. lb. aq̄ ad cōsumpti
onē medietatis ꝛ cum zuccharo penidiarū añ. ℥. viij. et
fiat sirupus cuius dosis est ab. ℥. j. vsqꝫ ad. ij. dādo post
cenā p quattuoꝛ hoꝛas vel tres ꝫm quātitatē cibi ꝛ vir-
tutem digerentem ꝛc.



Expedito capitulo de curationib⁹ genera-
libus seu regiminib⁹ acutarū sequit ca-
pitulū cui⁹ epigrāma cōe dicit rememoꝛa
tio accidētiū q̄ fuerit in febꝛib⁹ acutis est
ꝑcipiū capl'i loquat itaqꝫ hec aūt sunt ri-
goꝛ ꝛ frigus ꝛ oꝛripilatio q̄ sub vno capl'o
ꝯphēdūt. Scōm sudoꝛ pl'rim⁹. Tertiū flux⁹ sanguis na
riū supfluēs. Quartū laboꝛiosus ꝛ supflu⁹ voit⁹. Quītū
fluxus vētris debilitās. Sextū supflua sitis que non to
lerat. Septimuꝫ supflua somni pꝛofunditas per quam
datur intelligi superflua vigilia siue per regimē somni
dant intelligi supflue vigilie debere fieri lꝫ etiā tāgat
regimē ei⁹. Octauū i ꝓsecutiōe regīnūꝛ ḡuitate capitꝫ.
Nonū vt tāgit Auicēna est inq̄etatio febꝛicitātiū: cui⁹

regimen etiam cōpetit in instantia vigiliaꝝ. ¶ Decimū
est doloꝛ vētris. ¶ Undecimū ē aspitas lingue. Duode-
cimū ē cōtinua sternutatio. Decimū tertiū ē doloꝛ capi
tis. ¶ Decimū quartū tussis. ¶ Decimū quintū est destru
ctio appetitus. ¶ Decimū sextū est bolismus. ¶ Decimū
septimū nigredo lingue. ¶ Decimū octauum appetitus
caninus cuius in rubꝛica additur sincopis. ¶ Decimuꝫ
nonū cōstrictio anhelitus. ¶ Uicesimū vehemens tri-
stitia vel angustia. ¶ Uicesimū pꝛimū difficultas trans
glutiendi. ¶ Uicesimū scōꝫ frigus extremitatū. ¶ Uice
simū tertiū est singultus. ¶ Uicesimūquartū est scoto-
mia ⁊ vertigo. ¶ Uicesimū quintū est timoꝛ in somno ⁊
somnia terribilia. ¶ Uicesimum sextū est frenesis non
vera ⁊ alienatio. Uicesimū septimū est motus spasmo-
sus bꝛachioꝝ. Uicesimū octauū est doloꝛ pulpe cruriū.
¶ Uicesimū nonū est grauitas seu ponderatio mēbꝛo-
rū. ¶ Tricesimū est fetoꝛ oꝛis. ¶ Tricesimū pꝛimū est al
cola. ¶ Tricesimū scōm est rubedo vuule ⁊ ptiū circun-
stantiū. ¶ Tricesimū tertiū est excoꝛticatio dictarū par
tiū. ¶ Tricesimū q̄tū est inuolūtarius motus ⁊ egestio.
¶ Tricesimū q̄ntū est apertura oꝛis in somno aut oculi

¶ Capitulū de rigoꝛe: frigoꝛe ⁊ oꝛripilatione.



Ecidentiū per Auicēnā positoꝝ et alio-
rū in numeratione pꝛeposita. Cōsequēs ē
pꝛedictoꝛum regimē exequi. Et qꝛ rigoꝛ
pꝛepositus est, et eius regimen: et Auicē-
na eius insequēdo oꝛdinē quātū ad hoc
a rigoꝛe inchoando regimen eo existēte
multiplici vt implicat littere et sup eadē dictū sequēdū
est sudoꝛē metito Auicenna regimē pꝛemittēdū dedit,
qui alia decausa cōtingat etiaꝫ ibidem tactū est ⁊ tan-
gendum est. Hunc tamen a virtute superabilem dicit
Auicenna non intelligere regimen per notabiles me-
dicinas: sed sufficit melioꝛ coopertura aut leuis cale-
factio extremoꝝ et lumboꝝ et spine ⁊ colli. ¶ Secūdo
dicit Auicenna creticū rigoꝛē nō remouere per cōtra-

rium:non eñi circa debilitatem ⁊ alia accidentia seua inferentē eo q̄ bm plurimū de facili renouēt succedēte sudore aut fluxu ventris aut alio simili. Si tamen infe stauerit, intētio tertia haberi pōt diuertēdo scʒ delatio nē humorꝝ ad interiora. ¶ Scđa intētio est remittendi tristitie sensationē. ¶ Tertia intētio est alterādi et ape riendi poros. ¶ Prima intētio primo cōpletur ligando extremitates, vt adiutoria ⁊ brachia super cubitum. et ligando etiā sup coxas p quattuor digitos: ⁊ mutando frequēter ligaturas ⁊ loca ligaturarū. ita tamen q̄ con tinue ligentur super genua ⁊ supra cubitos. Et fiat ista ligatio inchoante rigore et perseuerante et maxime in corpe acuti sensus debilis per rigorē. ¶ Scđʒ remediū p Auicenā positū est facilis fricatio cū manu sola aut cū pānis aliqualr calidis. ⁊ merito debet esse leuis fri catio vt diuertat materias. vt tactū est. nec sit fortꝫ nec debilitet virtutē. nec prohibeat etiā trahere dn̄ium cri sis per fluxū ventris, ne etiā ista terreatur virtus, vt ma teria magis retrahatur. ¶ Et sit fricatio maxime pre dictorum extremorum: quia aptorū lędi per rigorem. ¶ Tertiū remediū est cū calefactione extremorꝝ et na rium ⁊ virge et testiculorum siue lumborū spine et colli ⁊ positione panni supra caput ⁊ frontem et cum paruo panno circa nates calefactio fiat leuis circa pectora lia aut calefiant extrema cū lateribus: aut tegulis for titer calefactis in igne: deinde positis aut circūuolutis pannis. aut sicut solet fieri in curijs sumatur lamia fer rea quasi ignita et ponatur in cassia lignea tanquā in vagina et sub pedibus teneatur vel habeatur vas plū beum et impleatur aqua feruenti et coopertum pannis teneatur sub pedibus aut propter hoc stante salti cale fiant extrema cum caliditate humana. ¶ Itē in mani bus tenere potest vasculum rotundum impletum aqua calida inuolutum pannis aut etiam lapidem rotundūʒ vl crystallū calefactū valde ⁊ postea īuoluta pāno: siue fructum aliquem calefactū: et propter istam calefactio

Ligature

fric.

calefac.

mos curialiū

nē fit diuersio alteratio ⁊ remissio sensationis tristis. lecti calefac.
¶ Item potest fieri calefactio lecti habendo vasa plumbea impleta aqua vehemēter calida paulatine ducendo illa per lectū, aut habendo bacile semiplenum prunis ignitis ponendo ipm super linteamen inferius et culcitra discooperta seu subleuata culcitra cum linteamine superiori ⁊ paulatine moto per lectū bacili et postquam attingit bacile cooperiatur: ⁊ consequēter pars alia tacta vt totum, quod attingit bacile, seruetur debite calefactū. ¶ Quartū remediū est per inunctionē spine maxime et colli. lz nō sit nimis vsuale remediū, si inungerētur pulpe crurium cū hoc et alie ptes extreme, cōueniēs esset: ⁊ fiat hec inunctio in principio rigoris ⁊ perseuerante rigore cū oleo actu ⁊ potentia calido vt anetino: vel camomillino vel vtroqꝫ simul. vt. ℞. Olei anetini: aut camomillini. ℥. iij. vel ana. ℥. ij. calefac et inunge, vt dictū est. Per anetinū enim fit calefactio et apertio pororum et resolutio, siquid fuerit resolutiōe egēs. Aut fiat inunctio cū oleo camomillino per quod fit calefactio, et tristis sensationis sedatio, ⁊ confortatio neruosaꝝ partium. per illud quartū potēs intelligere sacculationem ex aneto leuiter contuso, aut ex floribus camomille, aut ex florib⁹ sticados aut melliloti vel aliјs similib⁹. Odoret etiam florem camomille vel simile. ¶ Tertiū rigorē fortē contingentē in febribus aut sine febribus. cuius plures intentiones habende sunt siue adhibēde: ⁊ maxime rigoris principiorum febriū sub rigore cōprehendendo frigus aut orripilationē, licꝫ differāt hiј termini in signādo rigor orripilatio et frigus: vt dictum est capitulo suo. ¶ Prima intentio est minorare materiam. ¶ Scđa intentio est remittere acuitatem materie ⁊ mobilitatē: aut etiā remittere frigiditatē materie grossiciem aut viscositatē. ¶ Tertia intentio est abiјcere stabilitatē siue frigiditatem siue fixitatē materie aut imobilitatem. ¶ Quarta intentio est obtundere seu abiјcere sensum ne acuitate sensus acuti valde contristantis

vnctio

sacculi

Rigor fortis

Rigores

aut frigidi valde infrigidantes valde debilitetur infirmus et ne augeatur cōcussio corporis perducens ad debilitatem. ¶ Quinta intentio est calefactio extremorū sive exteriorum calefactione egentium. ¶ Sexta intētio est vigoratio virtutis tempore rigoris vel ante debilis per essentiā. sub quibus intentionibus seu secundum quas cōprehenditur vel intenditur regimen per Avicēnā positū in caplo. ¶ Tangit enim primo remedium per ligationem extremorū in diversis locis, quod regimen cōprehenditur sub quarta intentione. et intelligatur ligatio in diversis locis modo tacto. et canonē huius super textu videre debemus. ¶ Secundū remediū cōprehenditur sub quinta intentione, que est calefactio et subtiliatio materie et inunctio fienda cū oleo camomillino et radice lilij. et per hanc inunctionē intelligamus levem inunctionem, quam primo tentare debemus circa partes narratas. De oleo vero camomillino loquitur Mesue per hec verba. ¶ Oleū camomillinū est benedictū expertorū iuvamentorū. est enī resolutivū: conveniens sedativū dolorū. et est in eo prohibitio cursus materie propter stipticitatē eius modicam. et confortat oīa membra nervosa. ¶ Et modus cōpositionis eius est sicut olei rosarū. preter quod oportet quod fiat cū oleo de olivis cōpleto sive completis: aut cum oleo sisamino cum illis modis preparationū, quas dixit in oleo rosarum. per camomillinū intelligatur anetinū, quod Mesue dicit esse sedativū doloris loco dicto: provocativū sudorum, conferēs rigori febriū inuncta spina et locis nervosis: provocans somnū: conferens dolori capitis: resolvens apostemata et duricies. Cuius cōpositio est sicut olei de camomilla. ¶ Per oleum radicum lilij intelligit Avicēna oleum yrinum sive radicum lilij celestis. de quo Mesue loco allegato. Oleū yrinū est abstersivū, resolutivū dolorū frigidorum, et maturativū ulcerū, que sunt in pectore et pulmone: et confert dolori capitis et splenis: et calefacit ea: et confert dolori iuncturarum et lenit duricies earum et

oleū camo.e

et lilij yrinum

apostemata dura et scrofulas: et frigiditati matricum: confert dolori eius: et iuuamentum manifestum fetori narium: et spasmo et distillato in aurem. Et modus cōpositionis eius est. ℞. Radicum eius quantitatē, quā volueris gratia exempli. ℥. ij. florum liliorum. ℥. iiij. coque radices et cape decoctionis. ℥. vj. et funde super hanc decoctionem olei sisamini. vel olei oliuarum maturarum. ℥. vj. coque in duplici vase et permuta radices et folia et sequere vlterius, vt dictum est in compositione olei rosarum. ¶ Et per oleū yrinum intellige oleum de enula de quo dicit Mesue loco dicto. ¶ Oleum de enula est calefactiuum et resolutiuum et confert rigori febrium et ad egritudines neruorum: et matricum et vesice: et resoluit morbos ventositatis et colericam ventosam. Et modus compositionis eius est. ℞. radicum enule contuse succum radicum eius olei sisamini ana quia. ℥. ij. vini odoriferi partis. ß. quia. ℥. j. et compleatur compositio eius, sicut in oleo mirtino dictum est. fortificat Mesue. hoc oleum addendo compōni predicte foliorum lauri. cardumeni spice inde calomi aromatici ana sextā vnius partis, quia. ℥. ij. scz. compleat decoctio, vt dictum est: per tale oleum intelligere possumus oleum de cynamomo: oleum de sauina: oleum de pulegio: quorum conferentias. Per oleum yrinum intelligere possumus oleum liliorum alborum de quo loquitur Mesue loco iam dicto vt olei de enula tangit loco dicto in hec verba. ¶ Oleum de lilio confert dolori pectoris et alijs doloribus a frigiditate factis, matricum, et frigiditati earum: et calefacit renes, et vesicam: et confert cólice. Et modus ꝯpositionis ei⁹ est sicut olei camomillini preterꝙ oportet vt citrinitas liliorum tota abijciatur. et secundus modus compositionis eius est. ℞. foliorum liliorum. ℥. viij. masticis calami aromatici: costi carpobalsami. ana. ℥. j. gariofilorum cynamomi electi ana. ℥. vnā semis croci. ℥. iij. omnia preter folia liliorum infundantur aque frigide sufficientis quantitatis

de enula

olea alia

quia duarū librarum ⁊ dimittantur die ac nocte: postea bulliant bullitione vna aut duabus. deinde proijce olei sisamini aut cōpletarꝫ oliuarꝫ sup ea lb. ij. ⁊ pone in vase vitreo cum folijs liliorū: et dimitte ad solē per quadraginta dies. deinde cola. Similiter potest fieri de folijs yreos de quo Mesue. ¶ Oleū de lilijs quādo fit de lilijs yreos ē magis calefactiuū et resolutiuū ⁊ penetratiuū. Factū autē ex lilijs notis qꝛ albū est magis sedatiuum lenitiuū ⁊ maturatiuū. ¶ Ex Mesue aūt colligere possumus descriptionē satis fortis olei de costo de quo Mesue. Oleū costinū neruos ⁊ lacertos calefacit: ⁊ aperit oppilationes eorū: ⁊ cōfortat omnia neruosa membra: ⁊ confert epati ⁊ stomacho: ⁊ confortat capillos ⁊ prohibet caniciem: ⁊ facit colorē ⁊ odorē corporis bonuꝫ. et modus eius est. ℞. costi amari. ℥. ij. cassielignee. ℥. j. extremitatū sansuci. ℥. iiij. vini odoriferi quātum sufficit ad infundendū noctibꝰ duabus: qꝛ causa exēpli. lb. j. olei sisamini. lb. vj. decoquatꝰ sex horis. qꝛ tēpore multo sicut oleū nardinū. ¶ Valet etiaꝫ ad illud oleū de croco de quo Mesue. Oleum de croco confert egritudinibus neruorum ⁊c. Valet etiaꝫ oleū de piperibus sue descriptionis. ¶ Item oleum de euforbio. Item oleum de iunipero. Item oleū de cucumere asinino. Item oleum amigdalarum amararum. Item oleum de been. Item oleū laurinum. Item oleū de granis citri. Item oleum nardinum descriptione Auicēne in quinto tractatu quarto distinctiōe pma ⁊ scda. ¶ Iteꝫ oleū de lilio. Itē oleū de costo. Itē oleū de kerua. Item oleum de citro. Item oleū de euforbio Auicē. ex dicto oleo sumēdo aut lraꝫ Auicēne sic primo describere possumus. ℞. olei camomillini. ℥. j. olei radicuꝫ lilij quia yreos predicti. ℥. ß. misce si vis cū modico cere et fiat vnguentū molle aut solū olea calida applica. Scdaꝫ descriptionē tangere possumꝰ ex illo pagrafo. Et sūt de homibꝰ ⁊ ē descriptio fortior pma: ita dici pōt. ℞. olei camomillini. ℥. j. ß. olei yrini. ℥. j. cardamomi: calamenti: rute, sticados: qꝛ florꝫ

sticados vel absinthij vel origani ana.ʒ.ß.castorei grani.iiij.baurach q2 salis cõis aut gẽme piperis et piretri añ.℈.j.terant subtilissime cũ oleo dicto misceant cũ cera vel sine cera.¶ Tertiũ remediũ tangit ibi ꝛ qñq3 pertrãsit.Et linimentoꝝ ex assa ꝛ pipere ꝛ sinapi.ꝛ hoc linimentũ possum⁹ ymaginari multipliciter. Primo sic describendo.℞.sinapis asse ana.ʒ.ij.bulliãt bene ꝛ sufficienter trita ꝛ dissoluta in.viij .ʒ. vini maluatici ad cõsumptionẽ medietatis.Deinde ex hoc linimẽto liniãtur prehabite ꝑtes. ¶ Modũ tamẽ aliũ tangit Mesue et qñq3 decoquat vt ita describat. ℞. sinapis asse ana ʒ.ij.coquãtur in lib j.aque fluuialis ad cõsumptionem tertie ꝑtis.deinde huic aq̄ infundant ista olea. ℞.olei anetini olei de yreos ana.ʒ.j.bulliant ĩ ista aqua sufficienter:deinde auferat oleũ suꝑnatãs:postea colet dicta aqua ꝛ corpulãtia asse ꝛ sinapis recipiatur et misceat cũ dicto oleo et cum modicissimo cere fiat vnguentum molle.Vel si vis facere forti⁹, loco aque pone vinũ albũ valde acutũ.vt maluaticũ.tribianũ vel sclauonicum aut maioraticũ vel crepellũ antiquũ.¶ Quartũ remediũ tangit ibi. Et aqua eruce.Et sic põt describi. ℞.eruce aliqualiter cõtuse.ʒ.j.bulliant in lib.ß.aq̄ ad cõsumptionem tertie partis.Et hãc decoctionẽ applica vel infunde pannũ huic aque et applica vel olea ꝑdicta iterũ coque in dicta aqua multa decoctione.Deinde aufer supnatans oleũ:et cũ modico cere fiat vngueutũ molle album.¶ Quintũ remediũ est decoctio ozimi, vt. ℞.ozimi gariophilati.M.j.seminis eius.ʒ.ß.coquatur in duab⁹ lib.aque ad cõsumptionẽ quarte partis . deinde infunde pannũ et applica vel potes capere predicta olea et operari, vt dictũ est in decoctione eruce et ozimi:simul decoctionẽ facere. ¶ Vel potes eligere hoc remedium fortius. ℞.abrotani floꝝ sticados.floꝝ lauri.absinthij azari ana.M.ß.ameos.ʒ.iij.costi.ʒ.ij.eruce.yreos añ. quartã.M.j.bulliant in lib.ij.aque ad consumptionem q̄rte ꝑtis,deĩde coq̄ olea ꝑdicta ꝛ oꝑare ẜm q̄d dictũ est.

¶ Sextuz remediū tāgit ibi confectio olei boni. Cuius descriptio ē hec. ℞.aneti sicci:calamēti:rute añ.M.ß. mirre piperis:piretri:añ.ʒ.iij.bulliāt in lb.j.vini ad cōsumptionē medietatꝫ.deinde.℞.olei sisamini.℥.iij.misce aquas ⁊ coq̄ vsq₃ ad euanescētiā aq̄ post vnge: aut si vis adde paucissimū cere citrine.¶ Aliud ꝑm Auicēnā ibi de oleis fortibus tāgit olea fortia in rigore quartane:vt est oleū de costo:oleū de sticados:oleū de abrotano:oleū de lilio:intellige maxime de yrino:oleum de mirra hic applica olea tacta.Docet tñ Auicēna ita describere.℞.alicui⁹ p̄dictorū oleoꝝ.℥.j.piperis.ʒ.iij.⁊ sextā.ʒ.j.piretri.sint ista trita ⁊ misce. ¶ Aliud remediū tangit:vt decoquatur absinthium in aliquo oleo:vt anetino:et per hoc intelligere possumus oleum de absinthio.¶ Aliud remediū vt coquatur apiū cum semine in oleo oliue mature:vt.℞.apij aut melius seminis apij.℥.j.coquatur in lb.j.olei ad consumptionez tertie partis. ¶ Aliud remediū est vt ingrediatur oleum leuiter calefactum siue fiat semicupium vt spina ⁊ posteriora : attingāt oleum.¶ Aliud remedium tangit per potiones calidas:vt per potationez abrotani:⁊ similiū ⁊ ꝑ alias q̄ tāgētur inferi⁹.¶ Itē aliud remediū ꝑ vaporationē sup̄ aqua leuis calorꝫ ne si fortꝫ calorꝫ sit ꝑ subitū occursū, adaugeat rigorē.¶ Aliud remediū forte qñ nō sedatur rigor est hui⁹ descriptiōis.℞.calamēti eruce.aneti. añ M.ß.seminis apij: anisi:masticis añ.℥.ß.ꝭ.vaporatio: vt tactū est.¶ Aliud remediū tāgit vt.℞.floꝝ sticados obrotani: calamēti: sq̄nāti:rute:aneti. maiorane:costi. añ.M.j.cimini:anisi:seminis apij carui:feniculi.seis rute.semis ozimi gariofilati cardamomi añ.℥.ß.et bulliant in tāta quātitate aq̄ vt saltez possint spinam balneare.⁊ hoc remediū valet ad intentionē calefactiōis et subtiliatiōis materie:⁊ ad intentionē paucificatōis eiusdē.Unde vt tangit Auicenna oēs medicine fortis prouocationis scil₃ vrine prouocationis sudoris pro quanto subtiliāt materias grossas ⁊ cōgelatas liquāt

et resoluūt ꝛ saltē aque incidunt ꝛ sedant rigorē. Deinde Auicenna tangit remedia aliqua sedantia rigorem fortē quartane. ¶ Et est primū remedium hoc. ℞. costi contriti. ʒ. j (siue aur. j. quia. ʒ. j. ꝛ septimā. ʒ. vnius) aque calide: quia aque simplicis. ℥. iij. vel potes ymaginari hoc remedium decoquēdo predictū costū ꝛ dādo aquā in potu: ꝛ per istud potagiuȝ intelligere possum⁹ simile. vt factum ex decoctione aneti aut anisi: aut cimini aut ameos aut cinami vel gariofili ꝛ plurium aliorum, que per te colligere potes. Abiectis tamē post decoctioneȝ corpulētijs habentiū stipticitatē. et valet hoc remediū ad calefaciendū. paucificandū: ꝛ resoluendū siue subtiliandū materiā melācolicā. ¶ Scōȝ potagiū ē. ℞. agarici electi. ʒ. j. opij. grana. ij. cōterātur ꝛ infundatur aq̄ ꝛ coletur. valet hoc remedium ad prouocandū somnum propter opium: ꝛ valet etiam ad subtiliandū et calefaciendū propter agaricum, quē Auicenna valde cōmendat: cuius infusio post colaturā ebetata virtute expulsiua per opium: ꝛ ita etiā remisso rigore non soluet aut vomitum faciet. aut si faceret solutionem vel vomitum, non nocebit: agitando et cōmouēdo materias: nam nō ita facere poterit fixū rigorē. ¶ Item etiā per agaricuȝ fit calefactio ꝛ subtiliatio: ꝛ est hoc remediū satis efficax. ¶ Tertiū remediū tāgit. ꝛ est hoc. ℞. radicis yreos sicce. ʒ. j. et septimaȝ pulverizentur debite ꝛ in potu detur cum aqua calida. Et valet hoc ad subtiliandum et calefaciendum materiam. Deinde ad expellendum calorem. Per hoc remedium potest intelligi simile: vt. ℞. zinziberis aut piretri aut acori. ʒ. j. bibatur etiaȝ cū aq̄ calida. Aut si vis istud fortius. ℞. aque sublimationis betonice. ℥. iij. piperis debite triti. ʒ. j. da in potu. valēt ista remedia ad similes intentiones. et ex canone Auicenne potes infinita describere ex fortiter prouocantibus: quia subtiliant ꝛc. ¶ Ulterius Auicēna tāgit medicamina composita: ꝛ primo tiriacā dyatesseron de q̄ loquēs Mes i antidotario ita dicebat tiriaca diatess.

Teriaca
ex 3 ungat spinado ... [illegible]

supple id est de q̃tuor: nã quatuor ingrediunt̃ ipsam, vt gẽtiana bacar̃ lauri: mirra: aristologia rotunda: cuius magna sunt iuuamenta ad egritudines frigidas cerebri: sicut tortura: epilentia: paralisis: dolor stomachi: et inflatio: ⁊ malitia digestionis epatis, sicut est cacesia ⁊ ydropisis: ⁊ oppilatio. ⁊ cõfert morsui scorpionis et potui venenosor̃: cuius descriptio est. ℞. gentiane bacar̃ lauri: mirre: aristologie rotunde. añ. ℥. ß. contere et confice cum melle dispumato. Dos est ab aur. ß. ad aur. j. et da sine aliquo liquore aut cũ aqua decoctiõis alicuꝰ predictorũ subtiliantiũ. ¶ Per istã tiriacã intelligere possumꝰ tiriacã vsualẽ aut andromachi: cuiꝰ dosis sit. ʒ. j. exhibita modo dicto, aut metridatuʒ. ¶ Et valent hec tiriace ad cõplendũ predictas intentiones: vt est notũ. ¶ Scd̃o cõmẽdat Auicẽna p̃ p̃dictã intẽtionẽ electuaria: quia cõfectiones molles ⁊ tñ masticabiles sint. Et primo diacalamẽtũ de quo Mes in antidotario descriptione prima. Diacalamẽtũ descriptione sexta cõferẽs ad egritudines frigidas mẽbror̃ nutricatiõis ad maliciam digestiõis. et facit penetrare cibũ qui penetrare nõ põt ad epar ⁊ ad totũ corpus: ⁊ est eiꝰ ꝓprietas. Et cõfert rigori febriũ emplastrata ⁊ inũcta spina supple. et in potu dat̃ ad modũ cõmestibilis. Et est ex subtiliãtibus humores grossos: ⁊ viscosos: ⁊ resoluit vẽtositates: et confert singultui vehemẽti ex causa frigida acetosa cuius resolutio difficilis est. ⁊ prouocat mẽstrua ⁊ vrinã cuius hec est descritio. ℞. calamenti fluuialis et montani siseleos: seis petros. ana. ʒ. vj. ʒinʒib. ʒ. iij. seis apij extremitatũ alachese. i. thimi. añ. ʒ. ij. cheysim. ʒ. vj. piperis. ʒ. xij. mellꝭ. spũati quantũ sufficit. dos est a. ʒ. j. cum vino vel aliqua dictar̃ aquarũ. ¶ Aliud est electuariũ ⁊ dyaciminũ de quo idem Mesue loco dicto. Dyaciminũ valẽs ad dolorẽ stomachi: et ventris de frigiditate factum aut vẽtositate grossa: aut ex flegmate grosso coadunato ad dolorẽ colice: ⁊ ad singultũ prefocatiuũ a repletione factũ: aut ventositate grossa: ⁊ eructatio-

diacalmēt
diaciminũ

nem acetosam et ventositates quascunq3 dispergit et op
pilationes aperit et mēbra nutricationis calefacit.cu-
ius descriptio. ℞.cimini carmeni ꝑ diē in aceto infusi
et exiccati.ʒ.xx.zinzib.alase añ.ʒ.iiij.piper ɫ cinamomi
añ.ʒ.ij.ameos.ʒ.j.ß.folioꝝ rute sicce baurach ana.ʒ.iiij.
cōfice cū melle dispumato dos sit a ʒ.j. vsq3 ad iij. Et ꝑ
hoc diaciminū intellige aliud diaciminū, qd idē Mesue
loco.s.superiori descripsit. ¶ Secundū electuariū est diapipeon
diapipereon de quo Mesue loco iā dicto sub specialio-
ri nomie ita dicebat, diapipereon descriptione cōi cale
facit stomachū et ventrē et remouet dolorē eius ex hu-
more crudo flegmatico et melancolico: et mundificat
ipsum a multis humorib⁹ et valet ꝯtra acidos ructus
et digestionē ꝑcurat.cui⁹ descriptio. ℞.triū.pipeꝝ aur.v.
zinzib.asse ana aur.ij.spice.ameos amomi aur.j. cassie
seminis apij siseleos azari enule sicce ana aur. ß. con-
fice cū melle dispumato.Dos est a.ʒ.j.simpliciter sumē
do vel cū aliqua dictaꝝ aquaꝝ vsq3 ad.ʒ.ij.Per ista ele
ctuaria potes cape alia ex Mesue, vt dyanisū.dyambra,
vbi intenderes cōfortationē cordis.¶ Itē electuarium electuaria
de aromatib⁹.¶ Itē electuariū de gēmis.Itē electuari
um de ligno aloes.Itē electuariū de citro ex inuētione
sua.Itē dyanisum dulce. ¶ Ex quīto etiā canone multa
colligere potes ꝑmo tractatu Veꝝ qꝛ descriptiones
quinti nō sunt bene vsuales, ideo nō curaui explicare.
¶ Ex nicholao colligere potes dyacastoreū, qd est valde
forte. dyacastoreū3 dyacalamentū. dyatrion pipereon.
dyazinziberis.¶ Itē ex lrā sumat pliris narcoticoꝝ li-
cet enim describat ad alias vtilitates cōferēs maxime
intelligatis exclusa camfora.Similiter electuariū du-
cis licet ꝑpter aliud descriptū.hoꝝ tamē duoꝝ cōferē
tia ꝓbare potes ex canone p̄habito ꝑmo paragrapho
et oēs medicine fortis ꝓuocationis.Deinde Auicenna
ibi.Et surupus.ordinat sirupū quendā, quē possu3 ꝑmo
sic describere. ℞.seminis rute.ʒ.ß.asse piretri piper ɫ.ʒ.
ß.bulliant in.ʒ.x. aque ad consumptionem quinte par-

tis vsq3 quo bñ ferueat aq̃. Deinde ℞. mellis. ℥. ij. et cū dicta decoctiõe post colaturā misceat᷑ mel ⁊ fiat sirup⁹ Cuius dos esse potest ab. ℥. j. ß. vsq3 ad. ij. ß. melius est tamen dimittere assam et tantomagis augere dos piperis. vel posses ymaginari iulep simplex mellinum longum in quo feruerūt aque, que in littera ponuntur. Uel si vis, faciliorem potes ponere cinamum solum, et obmittere assam piretrum et piper vel sociare piper cinamo. aut gar. aut zinziberi. Per hunc modum intelligere potes sirupum mellinum cum decoctione etiam seminum prouocatiuum somnum. Et iste sirupus complet etiam prehabitas intentiones. ¶ Deinde Auicenna describit quasdam pillulas dandas ante tempus rigoris infirmo existente forti et calido ex aere calefacto per ignem et cooperto debito aere. et quando intentio est prouocare somnum et subtiliare materias. quarum descriptio. ℞. storacis. s. lignee mirre opij. oppoponaci añ. part. j. vt causa exempli ana. ℥ j. conficiantur cū butiro aut melle aut simili. et dosis sit quantitas vnius fabe seu ℈. j. iste tamen non sunt multum vsuales. ¶ Tangit aliam descriptionem valentem ad dissolutionem ⁊ calefactionem ꝙ ad prouocationem somni. Nam talia plus superant opium. vt ℞. oppoponaci castorei dauci asse: piretri: opij partes equales causa exempli ana. ℥. ß. terantur ista subtiliter et conficiantur pillule, vt dictum est. ¶ Tertium tangit ibi; et descriptio bona, que ad easdem intentiones lic3 minus prouocatiua somni immo quasi ex toto valens ad intentionem primam: et ista est descriptio ℞. oppoponaci serapini, aniudē. i. herba ex qua fit assa cimini carmeni carui seminis apij. piperis ana. aur. j. ß. seminis iusquiami albi croci aristologie: castorei: euforbij mirre ameos. zinziberis ana. ℈. ß. seminis armeli. i. cicute. aut cute siluestris piretri. ana aur. j. conficiātur cum melle ad modum electuarij. et detur pondus nuclei auellane, quia a media. ℥. vsq3

pilt.

ad.ʒ.j.cum aqua calida. ¶ Aut fiant pillule modo dicto. et est medicamen valde efficax ad calefaciendum et subtiliandum maxime valens in quartana aut in rigore proueniente a flegmate vitreo. ¶ Deinde Auicenna tangit ibi regimen per cibum et potum alteratiuos et resumptiuos. Et primo tangit vinum actuale factum aut subtile album et acutum cuius actuali calore et virtuali est calefacere et exciccare materiam et vigorare virtutem debilitatam per viam resolutionis a frigiditate materie, que corrumpit substantiam spumosam et in quattuor.℥.vini potandi ponetur granū.j. musci.aut ʒ.ß.cimini.deinde coletur hoc et capiat potū. ¶ Item cibi fiunt calefacti. vt sumatur brodium pulli calefacti et decocti vsq₃ ad dissolutionem carniū. asperso cinamo vel alio simili aromatico vel etiam brodium pulli contusi similiter etiam aspersi aut etiam spersi aliqua dictarum confectionum aromaticarum puluerizatarū. aut ponatur pullus cum aromaticis ad sublimandum et de sublimato calido in potu detur. aut oua sorbilia taliter aspersa: maxime vitella: aut testiculi gallorum ita aspersi: et sic intelligantur cibi facilis digestionis ꝛ cito refectiui virtutis. ¶ Demum Auicenna tangit regimen per solutiua ventris: et primo per yeram id est benedictam medicinam, quam intelligere possumus esse simplicem a simplicitate aloes ingredientis, quia non ingreditur aliud solutiuum, vt est yera pigra id est a materia Galieni, quam describit septimo terrapentice.capitulo decimosexto. de cura male complexionis stomaci cum humorum vitio illo paragrapho. Apparet autem iam habere vocatam ab omnibus medicinis constructam pigra. exlota ꝛ non lota aloes. ammisceatur autem cinamum balsamum et azarum et spica et crocus et mastix id est mastix de chio insula. ¶ Sint autem quidam horum vnuicuiusq₃ dragme sex: soli-

cibaria

solutiua

yera galeni

Rigor

uis autē aloes tantū quantū de oībus optimū autē est hoc farmacū in cachocimis tunicarū vētris hec Galie. Possunt hec autē oia cōteri et ad inuicē misceri et dari cū aqua zucchari a.ʒ.j.vsqꝫ ad.ʒ.iij.vel possunt cōfici cum melle dispumato et dare poterim⁹ vsqꝫ ad.ʒ.ß.vel etiā ex dicto puluere cū melle vel iulep:vel sirupo acetoso simplici ꝛ fiāt pillule. Sitqꝫ dosis a.℈.ij.vsqꝫ ad.iiij. ¶ Describitur autē et cōmendatur yera Galieni a Mesue in antidotario:cuius littera ita habꝫ.yera Galieni nomē habet rectitudinis.ꝛ est medicina sublimis ī qua aggregāt virtutes ꝛ opationes nobiles. Est etiā resolutiua subtiliatiua materiarū malarū et viscosarū et est solutiua earū,q̄ ībibite sunt ī poris et angustationibus sicut ībibitur aqua in spongia ꝛ pficitur ab ea solutio bona et cōueniēs et est calefactiua et aperitiua oppilationū et abstersiua. Et illa in qua proijcit aloes lotum, cōfortantior est:et si non sit lotum, efficitur plus solutiua et minus cōfortatiua:quidā cōficiunt eā cū melle et quidā sine eo:imo quidā faciūt trociscos cum aqua bdellij et draganti. Si virtus quidem huius medicine affert iuuamenta magna expta ad egritudines capitis stomachi epatis et iuncturarū renū et matricis et mēbrorū interiorū frigidorū.et educit frigidas humiditates et putridas generatas in venis cuius permixtio. ℞.masticis cinamomi azari: spice xilobalsami cassie partes equales,qꝛ gratia exempli.ʒ.iij. Et quidā addūt florū squināti tantūdē,et quidā addiderūt absinthium. et alij aloes duplū oīm sit dos,vt tactum est. ¶ Hanc yeram similiter cōprehende q̄nto canone tractatu.secūdo ibi:hec est yera Galieni de aloe licet tangat aliam yeram Galieni descriptione Pauli incipit littera.℞.camedreos.tertiam tangit ibi.℞.pulpe colloquintide. ¶ Secundū solutiuum principale tangit Auicenna ibi diacitoniten cuius descriptionem bonam vide a Mesue in antidotario descriptione vltima et descriptione tertia. Et tangit hoc vltimū electuarium cuius litte-

diacytoniten

ra habet ita. Confectio electuarij diacitoniten cōferēs colice et egritudinibus mēbrorū nutricationis et solutione educit colerā. cuius descriptio. ℞. succi citoniorū lib. iij. mellis taberzet. lib. ij scamonee. ʒ. j. ß. gallie bone gar. zinzib. masticis piperis longi cinamomi nucis muscate piperis nigri ana. ʒ. iij. cōfice oīa simul. Et fit dos sua ab aur. j. vsq ad. iij ¶ Si autē vis vt solutiōe educat coleram et flegma ponātur in medicina scamonee. ʒ. v turbich. ʒ. xij. Si autē volueris vt solutione solū educat flegma abiecta scamonea ponatur turbith. ʒ. xxv. cartami excorticati ponderis scamonee. Et si vis facere cōfectionē minus displicibilē abijce cartamū et dimitte turbith. Si vis vt colerā nigrā educat ponat loco dictorū ellebor nigri: aut epithimū vel polipodiū supple sm dosim turbith. Et apud plures fit hec medicina cum melle. s. cū magis qrimus euacuationē colere. Multiplex diacitoniten vide in quinto tractatu tertio. ¶ Ultima cōfectio est diafinicon. i. cōfectio de dactilis de qua loquens Mesue in antidotario descriptione tertia inquit ita. Confectio de dactilis quaz describit filius Tecar, est diafinicon cōferens ad febres cronicas. et est medicina securitatis: et confert ad colicā et dolorem ventris. et humorē crudū et frigora et est solutiuū facile cōueniens cuius descriptio. ℞. dactilorū exion in aceto vini infusorum partes. v. al's iij. seu part: penidiarum partes. j. amigdalarum mundatarum partes xxx. scamonee ptes xij. zinzib. piperis longi foliorū rute siccorū cinamomi ligni aloes macis anisi feniculi. dauci galange ana partes. ij. ß. fiat oīm cōtritio bona et confice cū melle dispumato quantū sufficit. Est eni medicina mirabilis. dos est a. ʒ. iij. vsq ad iiij. vt melius puto: multiplex est diafinicon vt cōprehendere potes quinto canone tractatu tertio. et loco diafiniconis potes vti electuario indo dupli q describit Mesue loco dicto. Cui dos sit a ʒ. j. vsq ad tres. ¶ Ultimo Auicenna ibi. Quando est rigor paruus et laboriosus et proprie sine febre

Rigor

cōmendat pillulas fetidas quia fetide grossos et viscosos ducunt humores. Et ideo in rigore proueniente ex flegmate vitreo non ventura febre conferunt non valde calide. quarum descriptio habetur. j. ix. almansoris capitulo de paralisi quarum hec est descriptio. ℞. pulueris pigre. ʒ. x. pulueris colloquintide. dragmas quinque. euforbij. ʒ. ij. ß. castorei piperis asse. serapini oppoponacis saracidi indi. i. casie: sinapis ana. ʒ. ß. cētauree mirabolanorum. ana. dragmas quinque. gūme dissoluantur in succo rute et alia conficiantur cum succo et gummi Mesue ī antidotario descriptioe quarta. scz maiorum et minorum tamen solam descriptionē ponam pro quibus littera Mesue ita habet. ¶ Pillule fetide maiores que expellunt humores viscosos grossos: et conferunt ad dolorem iuncturarum et podagre et dorsi et ad dolorem stomachi et colicam et morfeam et lepram cuius descriptio est ista. ℞. serapini licz littera alia habeat seminis apij aromatici bdellij oppoponacis colloquītide armel quia rute siluestris aloes epithimi ana. ʒ. v. hermodactilorum ascebran quia esule ana. ʒ. ij. scamonee dragmas. iij. cinamomi spice croci castorei ana. ʒ. j. turbith. ʒ. iij. zinziberis. j. ß. euforbij. ℈. ij. dissoluantur gūmi in aqua porri quia decoctionis vel succo aut in aq̄ sublimationis. Et pillule tamen fiant dosis eius est a. ℈. ij. ß. vsque ad quattuor licz Mesue duas dragmas ponat in dosi. Non miretur autem aliquis si ex auctoribus cepero descriptiones quia experte sunt ideo meliores. Iuxta Auicenam canone sexto capitulo primo. iuxta proemium circa finem. Et scias quod experta melior est quam non experta et maxime que meo tempore imitatus sum et imitari propono verū vt re medici vigoris ordinem socientur que debet vt leuiora pcedant aliqua replicabo simplicium eorum naturas et gradus ex mente Auicen. maxime sunt ista. ¶ Camomilla calida et sicca in pmo gradu que cōferunt epithimate facto aut emplastro aut oleo de aliqua canone. secundo. simplici et

suma cur

camomilla

quinto.nam in ordine fit. Absinthiũ calidũ in p̃mo et siccũ in secũdo applicatũ corpori eodẽ mõ de quo canone secũdo simplici tertio. ¶ Itẽ apiũ mõtanũ domesticum calidũ in p̃mo ⁊ siccũ in secũdo.applicatũ similiter et maxime oleũ eius cañ.secũdo.simplici sexto. ¶ Quinto agaric⁹ calid⁹ in p̃mo:et sicus in secũdo.ex Auicẽna Mesue.secudo p̃cipaliter est mirra calida ⁊sicca ĩ scđo simplici.cccclxxxj.¶ Quarto eruca sicca in p̃mo ⁊ sicca in scđo simplici.clix.¶ Quĩto laur⁹ calid⁹ ⁊ sicc⁹ in scđo simplici.cccccccxlix.¶ Sexto anetũ calidũ ĩter scđm ⁊ tertiũ.et siccũ in scđo simplici.ccccclvij.¶ Septĩo anisum calidũ ĩ scđo ⁊ siccũ ĩ tertio.simplici.xxx.¶ Octauo siseleos planta ⁊ semẽ cal.⁊ sic.in .xij.¶ Nono squinãtũ est arbustũ⁊ maxĩe flos cal.⁊ sic.in scđo semẽ tñ calidi⁹ est.¶ Primo p̃ncipal'r est opoponacũ gũmi ca.⁊ sic.ĩ ij. simplici.cxxxvij. ¶ Secũdo poliũ minus,q̃ est spẽs sticados,calidũ in tertio:⁊ siccũ in scđo mai⁹ tñ est calid⁹ ⁊ sicc⁹ ĩ scđo simplici.cxlvij.¶ Tertio oẽs spẽs aristologie ca.vsq; ad tertiũ:⁊ sic.ĩ scđo simplici.ccxxj.¶ Quarto cinamomũ ca.⁊ sic.ĩ tertio ⁊ p̃pe cõfert oleũ simplici clxiij.¶ Quinto cardumeni carui.s.agreste cal.et siccũ in secũdo.ccccc.lxxv.¶ Sexto cãlamentũ.s.nepita: calidũ et siccũ in tertio.s̃m herbolistas et conueniens rigori simplici.cccccxlvj.¶ Septimo sansucus siue maiorana aut amaratũ calidũ et siccũ in tertio simplici.cccc. ¶ Octauo costus calidum in tertio simplici. cccccclxxxj. ¶ Nono piretrũ calidũ ⁊ siccũ ĩ tertio cõueniẽs ĩ rigore et ante facta fricatione cum oleo eius simplici. lviij. ¶ Quarto p̃ncipal'r est assa calida ĩ p̃o q̃rti ⁊ sicca ĩ ij. febri quartane cõueniẽs simplici.ccxl.¶ Scđo ca.⁊ sic. vsq; ad quartũ simplici piper. ccccccc. Inter ista fit ordo vt a leuioribus inchoemus et gradatĩ ĩ fortiora tendamus et vitemus calida in quarto inquãtũ possumus. ¶ Item.inter cõposita cõprehendatur ordo ex noticia simplicium.et sit ordo in applicationibus predictorum vt euacuantia premittamus,que sunt loco suo

absinthiũ
apiũ
agaric⁹
mirra
eruca
Laur⁹
anethũ
anisum
sisileos
squinantũ
opoponacũ
polium
Aristolo.a
cinamomũ
cardumeni
calamentũ
sansucus
costus
piretrũ
assa
piper
canon

Rigor + sudor

dicenda.deinde alterem⁹ aerē loci ⁊ lectū.deinde si ap/
pareat in stomacho materiā latitare, qd̄ cōprehēditur
p nauseā ⁊ stomachi grauitatē,prouocet vomitus pse
uerante rigore.¶ Itē si apparuerint in ventre rugitus,
nō erit malū adhibere suppositoriū nec medicine adhi
bende sunt magis secura febre solutiue nisi coacte le/
uiores tn̄ q̄ febre nō ventura. ¶ Itē irregulariter ad/
hibeant stante rigore,puocantia somnuꝫ in lr̄a tracta
et intellecta p illā,vt philoniū,et tiriaca recens.nec ad
ministrentur ista calida:nec etiā administrētur cibi vł
potus nisi etiā coacte possimus exterioribus remedijs
attēdere:⁊ etiā sacculationi capitis cum aliqualr̄ cali/
dis aromaticis de quibus tanget inferius.Aqua vitis
non grandis vini,quā valde cōmendat gētilis epithi/
mando partes prehabitas cōuenit,nam de ea erit etiā
sermo. ¶ Capitulū de regimine sudoris. cap. 13.

264



Expedito regimine rigoris ad regimie
sudoris veniendū,qui multipliciter di/
uersificari pōt. Primo ex pte tēporis:
quia sit factus in die cretica.qui Aui/
cenna testante illo caplo. Oportet ne 13.
creticus sudor nō est cōstringēdus nisi
superfluat.Scd̄o accidere pōt quasi statim inchoante
paroxismo,qui constringendus nō est plurimum ppter
multā esse materiā.¶ Itē euenire potest tēpore cōuales
centie plurimū notans materiā esse multā.⁊ iste etiaꝫ
plurimū cōstringēdus nō est.¶ Itē distinguitur sudor
rōne qualitatis:q2 quidā calidus:quidaꝫ frigidus aut
medius.¶ Itē rōne substātie:q2 quidā subtilis:quidam
grossus siue viscosus.⁊ multe alie diuersitates in sudo
tr. i. c. 70. 71. ribus accidūt:vt ptꝫ scd̄a quarti:⁊ primo pnosticorū:q̄
quidem non sunt de pposito,omittātur pro nunc.¶ Est
eñi intētio Auicēne ponere potissimū regimē sudoris
supfluitatis psternentis virtutē bm plurimū pcedente
supfluitate materie vel liquiditate:vel apertura poroꝝ
aut debilitate cōtentiue virtutis.⁊ incitatiue expulsiue

puocat sudor potu aq calide [illegible] ... Absersio sudoris. [illegible]

per exteriores poros. ¶ Restrictiui igitur prefatũ sudo rem aut recturi ⁊ refecturi virtutẽ multiplicẽ intẽtionẽ habere debem⁹. ¶ Primã intẽtio. vnã ad cõstringendũ poros: aliã ad spissandũ materiã. ¶ Tertiã ad cõfortã dũ contentiuã mẽbroꝝ. ¶ Quartã ad cõtinendũ acuita tẽ expulsiue. ¶ Quintã ad deriuãdũ materiã, siqua de buerit expelli. ¶ Sextã ad resoluẽdũ virtutẽ. ¶ Prima intẽtio cõplet per tria. ¶ Primũ per aerẽ, ⁊ infirmi de cubitũ. ¶ Scdo per sudorẽ abstergẽdũ. ¶ Tertio per ex trinseca corpori applicãda. ¶ Pria pars primi haberi põt ex dictis sup caplo de rigore acutaꝝ. ¶ In pñti tñ caplo precipit Auicenna euẽtari ⁊ infrigidari locum. Vide modos loco dicto. hic tñ valent flabellationes/⁊ subleuatiões pãnoꝝ. Monet tñ Auicenna infirmũ po ni sup instrumẽto in quo solẽt pueri cõcuti: qd intelligi põt arcuatum cunabulũ, qd cuz fune aliquo aut arbori aut alteri substentaculo: ⁊ hoc puto melius, si applica tũ sit cunabulũ ex corio inflato aere: ⁊ ita circũdatum circũferentia: vel intelligere possumus instrumẽtũ quo pueri vtũt: qd in vulgari nostro vocat viscului, seu vehi culũ, qꝛ ppt rõcinationẽ aeris nõ calefacti per corpus patiens ⁊ vapores eius ad infirmandũ, vt cõprehẽde re potes ex scdo pbleumatũ pbleumate. xxiiij. ¶ Scda pars primi ex loco p̃habito presumitur, sm qꝛ est ex pte sudoris ⁊ nõ abstergat: ⁊ maxime ĩfrigidato aere. Nã abstersio addit in sudorẽ: ⁊ dimissio stringit: vt tangit Auicẽna pñti caplo: ⁊ pbus scdo pbleumatũ pbleuma te. xiij. Tũc quia sudor poros oppilat, et ab extrinseco nõ permittit exire, tunc: qꝛ ad suã trãsueniens frigidi tatẽ poroꝝ efficit stricturã. ¶ Tertio vt exterior expli catio distingui põt inunctiões siue linitiones. ¶ Item balneationes ⁊ epithimatiões. ¶ Quantũ ad primum cõmẽdat Auic. oleũ rof. forte. s. i stipticãdo ⁊ strigẽdo facto ex oleo oliuarum immaturarum siue enfacino et rosis rubeis siluestribus siue rosis bugulis ⁊ nõ aptis dũ primo sint siccate ad solẽ: cuius descriptionẽ ⁊ iuua

sudor

menta tangit Mesue distinctione vltima per magnū processum. Et quia oleū benedictum est sm eius laudē multā proponit Mes ꝛ propositionē multiplicē tangit cuius litteraꝝ tāgit explicando cuius initiū ita habet. ¶ Oleum rosaꝝ cōpletū (al's cōpletaꝝ) est sedatiuū doloris. cōfortatiuū ꝛ resolutiuū conuenienter ꝛ lenitiuū. Rudū vo est extinctiuū: intelligendo per rudū factū ex oleo ꝛ rosis immaturis cōfortatiuum: aggregatiuum inspissatiuū prohibitiuū cursuum materierū, ppter qd putandū: potissimū est ad dissinteriā ꝛ fluxū materieꝝ per corpus. ꝛ differt cōpletū a rudi: qm̄ cōpleti materia est oleū de oliuis maturis siue cōpletis: ꝛ folijs rosarū cōpletarum. Rudi vo materia est ex oliuis quibus nō accidit maturatio seu cōpletio ꝛ rose, q nōdū recesserūt nodos suos. Et modus cōpositionis eius est vt accipiatur oleū de oliuis vel oleū sisaminū recens ꝛ laua pluries lauationibus cū aqua fontium: deinde accipe folia rosaꝝ recentiū sm quātitatē sufficiētē ꝛ sepelias in loco in quo lauasti ꝛ reconde in vase vitreo ꝛ obtura orificium eius ꝛ repone soli septeꝫ diebus. Deinde coque in vase duplici per horas tres. deinde fac permutationē rosarū recentium ꝛ vtere alijs recentibus: et dimitte per alios septem dies ad solem. deinde extrahe decoctionē in eo, sicut sciuisti ꝛ fac de nouo permutationē rosaꝝ et proijce super illud aque infusionis rosaꝝ, quā tradim⁹ in caplo de sirupis: ꝛ sume quartā olei et stringe orificium vasis et dimitte ad solē per dies quadragita. deinde cola ꝛ iterū expone soli ꝛ dimitte tempore extenso ꝛ vtere vbi oportet. ¶ Modus cōpositionis ē alius ꝛ acquirit ex hoc ꝙ fit magis resolutiuū. ℞. succi rosaꝝ aque infusionis earū añ. partē. ℥. j. olei loti et preparati, sicut diximus, ana. partes. ij. deinde operare, vt dictum est de decoctione ꝛ permutatione foliorum ros. expone soli, vt est dictū, et fac eandem permutationem succi et aque infusionis eius et recondatur in vase ꝛ exponatur soli per quadraginta dies. ¶ Tertius modus

Impletz

compositionis eius est. ℞.amigdalarum dulcium pur
gatarum quantitatē quā voles et tere in mortario vlti
ma contritione:deinde quantitatem earuꝫ ex folijs ro
sarū recentium. Iterū tere cuꝫ eis ⁊ fac pastones et di
mitte in loco calido per diem vnum.deinde tere ⁊ ma-
laxa in pila malaxatione multa sicut intermissione et sine
fundatur super illud aque infusionis rosarum calide
⁊ definetur malaxa et remanebit oleuꝫ. Ultimo vo ma
laxa ⁊ exprime oleum in ꝫainari cum expressorijs ⁊ to-
tum repone in vase ⁊ vtere vbi oportet. ¶ Quartus mo
dus cōpositionis vt ita misceatur sisamū excorticatum
sicut dictū est de administratiōe amigdalarū dulciū est
melius materia rudis et sisamuꝫ olei rosarū completi.
¶ Secundū oleū in ordine ē oleū mirtinū.cuius descri
ptionē cape ex mesue. ¶ Tertiū est oleum de salicibus.
¶ Quartū est oleū de balaustijs quoꝝ descriptiones per
te facere potes. Per ista olea intelligere potes oleum
citoniorum descriptione Mes. Ex quibus oleis iunge
spinam ⁊ renes. ¶ Aliud oleuꝫ cōpositū tāgit Auicēna
qđ poterit sic scribi. ℞.citonioꝝ ponticoꝝ maloꝝ.añ.ʒ.
ij.bulliant in aqua.ʒ.ij.⁊ post sufficientē bullitiōeꝫ vini
℞.ros.siccaꝝ ⁊c.debite ꝯtuse ⁊ pistate ad cōsūptioneꝫ
tertie ꝑtis deīde colet ⁊ colature misceat olei ros.ʒ.x.
⁊ post sufficiētē bullitionē vini. ℞.ros.siccaꝝ balausti
aꝝ.añ.ʒ.ij.carabe.ʒ.j.terāt oīa subtilissime ⁊ cū modi
co cere albe fiat vnguētū molle. ¶ Itē potes ymagiari
cōmixtionē oleoꝝ ꝑdictoꝝ cū oleo nenufario aut de cu
curbita vl' de papa. vl' de lactuca. Potes ēt describere
tale vnguētū. ℞.ol'i citōioꝝ mirtini de nenuf.añ.ʒ.vj.
trociscorū de terra sigillata.trociscoꝝ de carabe.añ.ʒ.
ß.⁊ si vis cū modico cere fac vnguentū. Uel si vis face
re fortius adde camphore sufficienter trite grana.iij.
¶ Ulterius tāgit Auicēna succū agreste ⁊ salicis.pos-
sum⁹ ḡ ex succꝫ tale describere medicamē. ℞.succi plā-
tagis citonioꝝ pomoꝝ siluestriū berberꝫ succi cornoꝝ
ana.ʒ.j.misce ⁊ applicare potes ꝑ modū epithimatis.

Item ℞ olei ro. ʒ. ij. s. gu. arabi. ʒ. j. mirti ʒ. iij. misce oia sit [illegible]
[illegible] liniat corpus. Ad phibn̄ sudo. diaphorethicū ℞ ro. nouelle
ʒ. s.

sudor

¶ Tangit vlteri⁹ Auicēna epithimata ex decoctiōibus vnde potes sic describere. ℞. balaustiarū gallarꝫ mirti adde suma ch:sempuiue aā.ʒ.iij.lābrusce rof. rubearū: corriādri sicci aā.quartā.M.j.bulliant in decuplo aq̄ aut vini citoniorū:et fiat epithima,vt tactū est. ¶ Item tāgit Auicēna linimentū.vt. ℞.mucillaginis psillij mucillaginis citoniorꝫ: mucillagis edere. ana.ʒ.iij. gumi arabici gumi edere: sanguinis draconis boliarmeni corallorꝫ rubeorꝫ tritorū.aā.ʒ.ß.karabe.℈.j.albumis oui aque plātaginis aā.ʒ.ij.misce ꝛ ml'to tpe cōcute. ¶ Itē docet Auicenna sudore multo exuberāte:pone frigida sup extrema at niuē in glaciē. Sed si nō possent habere,decoctiōes rerꝫ frigidarꝫ potētia,vt papauer mādragora ꝛ similiū infundant̄ sup extrema frigide ad modū embroce,vt aqua frigida fundatur super extrema. ¶ Ultimo docet Auicēna balneare taliter sudantes in aqua frigida tolerantes virtutē:lꝫ tamen nō sit vsuale. ad quas intētiones adhibeant̄ que dicta sunt,clarū ē. ¶ Item potest fieri hoc remediū. ℞.aq̄ rof.aq̄ plantaginis.aq̄ semperuiue ana.ʒ.vj.aspgatur cū spgulo infirmus totus:vel si vis addere trociscorū de carabe sufficienter tritorꝫ.℈.iij. ¶ Item potes aspergere lectū leniter cum dictis aquis. ¶ Item infirmus fouendus est vino stiptico nigro in quo infusus fuerit panis aliqual'r tostus. Et eodē modo intelligantur cibaria sua:cōplentur predicte intētiones prehabita remedia et recte intelligenti patere potest.

265 ¶ Regimen fluxus sanguinis narium. cap. 15.



Expedito regimie sudoris sequitur in littera regimen fluxus sanguinis nariuꝫ in febre vt plurimū cōtingibilis ꝓpter caliditatem:subtilitatem ꝛ acuitatē sanguis. Et ita supfluitas fluxus sanguis regimē propter predictas causas contingentes ponetur nunc:licꝫ generale regimen fluxus sanguinis nariū ponat Auicenna quarta quarti tractatu scdo.ca

sang. a narib9

pitulo vltimo. Et regimē sup̄fluitatis fluxus sanguinis in febre vel sine febre contingētis vel ꝓpter alias cās ex predictis ponit Auicēna quīta tertij. Et iste fluxus multiplicē sup̄fluitatis recipit diuersitatem: in p̄nti tn̄ cap̄lo innuit fluxū sanguīs in febrib⁹ acutis distingui in creticū ⁊ non creticū. Et vult creticū non esse stringendū quantū possibile est: ⁊ causa est nota. ¶ Pro regimine igitur stringēdi fluxū sanguinis nariū in febribus acutis vide Mesue in suo de appropriatis sūma vij. ⁊ cap̄lo. ij. Una generalis siue vniuersalis: siue vniuersaliū: ⁊ alia particularis p̄mittenda iuxta illud phisicorū p̄mo. Unde ex vniuersalibus in singularia oportet ꝓcedere. Et. iij. amphorismoꝝ cōmento. xvj. Constitutiones anni ⁊c. Semꝑ naturalr̄ ⁊ artificialr̄ generalia precedunt specialia. Hec aūt generalis intentio triū modoꝝ ē. ¶ Primus est alterare malā ꝯplexionē, ⁊ auferre acuitatez sanguīs. ¶ Scd̄s modus ē diuertere sanguinē ad diuersum ⁊c. ¶ Terti⁹ modus constrīgere vias ⁊ ductus ꝑ quas sanguis est ad nares transitur? ¶ Inter hos modos ⁊ intentiones est ordo temporis. ¶ Nā primus modus ⁊ scd̄s siue remedia per q̄ cōplentur illi modi. Ubi ergo corrigetꝰ sanguis ⁊ mēbra mādantia: ⁊ vbi fierent diuersiones remedia, que fierent vijs ⁊ ductibus nō essent efficacia vel saltē nō tantum quantum si illi duo modi premittantur: nec si premittatur iste tertius modus, efficietur notabile iuuamentuz ⁊c. ¶ Primus modus completur per cibos siue per ea, que bibuntur ⁊ comedūtur frigidos ⁊ cōgelantes, quales cibi sunt gelatiue facte ex carnibus stipticis, vt per dicum aut ausum minutarū aut neruoum et extremitatum animalum: vt capreti: ⁊ similium. ¶ Item sulcida. ¶ Item pulli conditi cum aqua rosacea vel agresta. vel alio frigido satis noto. ¶ Item condita cum lactucis vel portulaca aut spinachia vel acetosella vel plātagie vel pullo cocto cum hijs rebus fiat contusum aut ponatur cum rebus stipticis ad sublimandum. ¶ Item con-

tr. 1. c. 7.

c. 4.

Alteratio

sang. narium

ueniet cibarium factuȝ ex panico vel mileo vel riso aut lentibus. ¶ Secūdum modum decoctionis qui tangetur. aut vitelli ouorum infrigidati in aqua frigida: et postea conditi cum succo agreste vel alio simili sine sale aut paucissimo sale. Et sint que comedit actu frigida semper attendendo stomacho ne foret iuuamento grādius nocumentum. ¶ Potus vero frigidi sunt medicinales ꝛ declinantes ad frigidum et stipticū, vt iulep rosatū cum succo arancij vel succo granatorum muzorum aut aliud iulep ex prehabitis colligendo aut de electuario. ℞. zucchari rosar. ℥ ß. corallorum rubeorum: sandalorum rubeorū. ana. ℈. j. carabe. ℈. ß. misce ꝛ et bene incorpora: et de electuario accipe. ʒ. semis et dissolue in. ℥. quinqȝ aque extinctionis calibis. aut in aqua decoctionis iuiubarū vel mirti vel sumach. deinde cola et da in potu cum. ℥. j. vini granatorum muzorum. Potes etiam per hoc intelligere coacte exhibēdo: vt athanasiam: et cetera similia scdm ꝙ comprehenditur.

¶ Primus modus est infusio aque frigide. balneum in aqua frigida ꝛ sessio ꝛ intelligere possumus per infusionem aspersionem seu infusionem aque frigide super extrema vel indirecto epatis vel splenis. Intelligēdo etiam possumus infusionem embrocationem vel circa epar vel circa splenem: vel circa vtrunqȝ. Et erit hec diuersitas fm ꝙ sanguis fluit a nare dextra vel sinistra vel vtraqȝ simul. ¶ Item fiat infrigidatio circa testiculos et circa spinam et renes. ¶ Item etiam fiant sessiones in aqua frigida: similiter teneantur pedes vsqȝ ad coxas. Habeas semper menti virtutem et totius corporis dispositionem. ¶ Item completur primus modus per emplastra et epithimata vel inunctiones actu et potentia frigidas epati applicandas. Et maxime si a nare dextra fluat: vel sinistra: vel vtraqȝ simul. Et qr epar est principium sanguinis: aut etiam applicetur spleni et valde calido non concurrente contrario et for

ti et potissimum fluente sanguine et nare sinistra. Et hec epithimata colligere possumus ex dictis super capitulum de regimine acutorum. ¶ Similiter febre existente multe acuitatis epithimare cor est conueniens. Unum tamen commendat Mes. vt infundatur panis in aceto infrigidato in niue: vel supple aqua valde frigida et applicetur prehabitis partibus semper intelligendo ne debilites calorem naturalem valde ne acetū mordicet. Potes ipsum temperare cum aqua frigida vel aqua rosarum: vel cum aliqua de predictis: et potes eligere frigidiorem vel minus frigidam ex regimine acutarum. ¶ Item completur iste modus per rectificationē aeris et strati prout in regimine acutarum et sudoris dictum est. excepto quod non debet vehi nec moueri patiens fluxum ex naribus. ¶ Secundus modus cōpletur per diuersionem sanguinis ad partem diuersam et ab aliquo modo oppositam. Et ista diuersio fieri potest euacuando cum leui fleubothomia facta de basilica correspondenti nari a qua fluit sanguis: vt si fluit a dextra fiat a dextra: et si a sinistra: a sinista: et constante virtute fiat de brachio. Et si volumus plus attendere exteriori virtuti fiat de saluatella que est inter auricularem et annularem digitum. Aut si ab vtraque flueret ab vtraque posset fieri fleubothomia. Aut in muliere si esset intentio seu retentio mēstruorum flobothometur saphena: vel altera saphenarum correspondens nari: vt dictum est. Aut etiam in viro existente sanguine subtili et apto querendo fortem diuersionem flobothoma saphenam eiusdem partis et fiat leuis flobothomia. vt. ℥. tres vel quattuor. ¶ Item si corpus esset robustum non esset inconueniens per flobothomiā peruenire ad lippothomiam que conuenit in sedando fluxum sanguinis: vt colligitur quarta quinti. tractatu secundo. ¶ Secundo fiat ista diuersio per ventosas cum scarificatione: et licet non sit ita vsuale corpore

Sang-narium

existente robusto potest poni ventosa in directo epatis si fluit ex nare dextra aut supra splenē si exit ex nare sinistra scarificante leuiter. Et si tumor rubeus magnus appareat. ¶ Item possunt poni ventose supra nates sine scarificatione aut circa sumē et inter costas. Deinde ponatur circa pulpas spatularū et scarificentur leuiter. ¶ Secūdo fit diuersio sine euacuatione ponendo ventosas in dictis locis sine scarificatione. ¶ Item ligando extrema per quattuor digitos supra genua vel brachia ligationib⁹ dolorosis vel faciendo dolorē circa testiculos vel māmillas in mulierib⁹ sub quib⁹ ventose possunt imponi. ¶ De fricationib⁹ dolorosis vel dico ne forte plus nocerent cōmotione et agitatione corporis q̄ꝫ diuertendo. ¶ Inter hos modos ordinem ex Mesue colligere possumus. Nā si sanguis est valde acutus et calidus magis quā multus, tūc sedationi magis et p̄mitus attendēdū: et sic ꝓcedat modus primus. Si ecōtra cōstet ampliorē esse sanguinem q̄ꝫ sit calidus et acutus, diuersiones potissime cū euacuatione precedere debent: et ita secundus modus primū p̄cedere debet. ¶ Signa vero maioris quātitatis vel acuitatis debet medicus menti tenere ex locis ꝓprijs signorū horum.

coartatio

¶ Tertius modus vt fiat coartatio in vijs et ductibus per quos sanguis transit ad nares: qui modus ꝑficitur cū linimētis aut embrocis. vel epithimatib⁹. vel emplastris. vel vnctionibus factis supra frontē ⁊ timpora aut circa gulā aut supra caput ex rebus infrigidantibus et stipticis et glutinatiuis. et si oportuerit, stupefacientibus. Unde potest capi pannus lineus oblōgus ⁊ infundi aque frigide et exprimi aliquantulū et circūuolui gule. aut potes infundere aque frigide mixte aceto: aut aq̄ rosaꝝ aut plantaginis aut burse pastoris. ¶ Similiter timporibus et fronti ex aqua et aceto potest fieri epithima. ¶ Itē pōt fundi aqua frigida per modū embroce supra caput aut aqua rosaꝝ vel plātaginis. Sim⁹ tamen certi de catarro de nimia īfrigidatione. ¶ Itē tīporib⁹

et fronti pōt fieri hoc linimentū et est pmum quod tangit Mesue cui9 littera habet ita. Emplastrū q̄ vtendū est sup tpora ⁊ frontē ⁊ linit̄ sup ea: ⁊ sedat fluxū sanguinis cui9 descriptio. ℞. boli armeni gipsi purificati barbe yrcine ptes eq̄les vt gr̄a exēpli ana.ʒ.vj.cōterāt̄ cōtritione bona ⁊ vltima deinde cōtere ī aceto forti.℥.iij.vel circa ī vase terreo vel lapideo vel eneo vt fortior fiat cōtritio ⁊ tantū cōterat̄ et ita bene misceat̄ acetū cū istis vt fiant spissitudine mellis et liniatur frons et timpora. Et si incubuerit necessitas adde camfore grana.iiij.et si vltimate īcubuerit necessitas adde opij grana.iij.et liga pannū circa partes predictas. ¶ Aliud remedium tangit Mesue aucte rab et habet eius littera ita filius zacharie arasi vel. ℞.aque rosar̄.℥.iiij.aque plantaginis.℥.iiij.aque burse pastoris.℥.j.aceti fortis ℥.j.ß.sandalor̄ et corallorū ana.ʒ.ij.succus corticū granatorū succi plātaginis ana.℥.ß.misce et agitent̄ valde adinuicē et lini frontē et timpora. ¶ Itē in ore teneat aquā purā frigidam vel rose vel plantaginis vel alterius similis. Vel fiat frōti ⁊ timporib9 aliud linimentuz huius descriptionis. ℞.gallar̄ recentiū et siccar̄ perforatarū. Itē glandiū et cupular̄ earū.ʒ.vj.nucleorū mirabolanor̄ kebulor̄ indorū ana.ʒ.iij.ossium dactilorū ℥.ß.siccentur in furno et incorporentur et vehementer ī aceto calido.xx. vngantur et fortissime conterant̄ licz sit melius conterere nucleos dactilorū per se et sit aceti.℥.viij. Deinde ℞.plantaginis succi burse pastoris ana.℥.ß.succi corticum granatorum succi berberꝫ acacie ana.ʒ.iij.camfore.℈.ß.misceantur omnia adinuicē et liniantur loca illa. ℞.olei rosarum.℥.j.olei de nenufare olei de mandragora ana.℥.ß.misce et lauentur cuz aqua et aceto deinde ℞.trociscorum de terra sigillata pulverizatorum subtilissime.ʒ.j.misce et lini. ¶ Particularis ꝯo modus quia medicamiunm applicandoruz determinate parti parficitur per stillationem liquidorum et narrium constrictiuorum, aut per impositionem

sang. nariū.

tentoꝝ oppilātiū ꝛ retinētiū fluxū aut applicationē odo rū inferentiū. ¶ Medicinarū p q̄s pficiunt hee ītento nes q̄dā sūt frigide q̄dā stiptice: q̄dā glutinatiue q̄dam cauterizatiē q̄dā ꝯstrictiē a forma q̄ sūt īcarnatiē ꝛ exic catiue quedā alijs dictaꝝ ꝟtutū multū pticipant. ¶ Fri gide noīate sūt opiū aq̄ frigida nix mādragora glaci- es Iusq̄amus solatrū sēpuiua portulaca succ⁹ lactuce: coriandrū recēs nenufar. plātago bursa pastoris faba inuersa salix faba grassa. ¶ Stiptica sūt rosa antera: balaustia cortices granatoꝝ pulpe acacie succ⁹ citoni orū succus mirti: ypoq̄stidos sumac lābrusca: castanee īmature pira ꝛ poma siluestria corna īmatura glādes sorba nespila berberi ribec acetosella plantago bolus florū palme karabe. ¶ Conglutinatiua bitumē piscium dragantū gūi arabicū gūi prunoꝝ ꝛ cerasoꝝ thus mastix albumē oui farina volatilis ꝛ maxime molendini tela aranee ꝓpinqua fumo farina silliginis panici milij risi terra sigillata cortex turis fum⁹ picis thuris cartha cō busta pili leporis pili hūani cōbusti gipsim spōgia ma- rina cōbusta ꝛc. ¶ Cauterizatiua sunt calx colcotar ca- lamētū es vstū arsenicū flos eris. ¶ Operātiū ꝟo a for- ma sunt cerebra gallinarū frequēter comesta maxime assis capitibus stercus asini insufflatū vel porci vel ca pre succus portulace succus lactuce aqua mente coral- lus lapis aspis dictus. ¶ Inter hos ꝟo modos medici- narū scḋm Mesue est cōpatio nā glutinatiue ꝛ siccatiē et stiptice meliores sunt ceteris. Conglutinatiue ꝟo et stupefacientes minuant stupefactionē caloris. Caute- rizatiue ꝟo lꝫ cōferāt faciēdo crustā tamē timor est ne cadente crusta ꝛ foramine ampliori manēte subsequat maior flux⁹. ¶ Debem⁹ ergo multa colligere q̄ multas habēt intentiōes vt glutinādi escarādi siue incarnandi sine suspitione vt aloes thuris corticē interiora passu larum maxime arilia et mera. Habēt ꝟo plures inten- tiones sumac potissimum trocisci de terra sigillata tro cisci de spodio cum semine acetose. ¶ Item trocisci de

berberis Mesue. Item omnino habeatur ex parte cō-
fectionis immittendarum naribus vt sint subtilissime
trite vt possint debite ipelli p infusionē cū pēna vt ipul
sa ad pfundū nariū attingāt aut approximēt orificijs
venarū aut arteriarū et ita instillationes cū penna fi-
ant ipetuose p causā tactā. Tente etiā oblonge cauēdo
tamē sp inuitamentū ad sternutādū. hec pticularis intē
tio q̄ est insufflatio cōpleri potest p hui⁹ descriptiones
℞. trociscoꝝ de terra sigillata. ʒ. ß. tere subtilissime ꝛ ha
beas pennā de madona loca attinētꝫ socioꝝ satis gros
sā vndiqꝫ foramie rotōdo pforatā: cui imitte puluerem
deinde insuffla narib⁹. Aut si vis forti⁹. Accipe tantum
trociscoꝝ de carabe. Si autē velis pl⁹ forti⁹ adde plus
opij ꝛ canfore. Et vt in paucū cōferat pōt ex oī modoꝝ
medicinis pulverizatꝫ isufflatio fieri qs ex p̄dictis col-
lige ad iutētionē quā q̄ris sēp mēte retēto canone cō-
parationis eaꝝ. ¶ Scōo qꝛ instillatio cōpleri pōt hn̄do
totū infūdēdo i aliq̄ aq̄ stiptica vt plātaginis aut burse
pastoris vel infūdāt i aq̄ decoctionis alicui⁹ rei stipti-
ce vel succo. Et si vis potes ita describere. ℞. plātagis
aq̄ rof. aq̄ burse pastoris an̄. ℥. ß. cāfore subtilissie trite
gra. iij. terre sigillate. ʒ. i. misce ꝛ totū infusum dicto cō-
mixto exp̄me et distilla i narib⁹ aut potes habere istru
mentū aliqual'r lōgū iteri⁹ pforatū ad modū pēne i cui⁹
cōcauitate dictū liq̄rē posses ifūdere narib⁹ aut distil-
lare. Et fortiorē ꝛ debiliorē medicinā i distillādo vel cū
pēna ex p̄habitꝫ collige. ¶ Tertiū qꝛ tēte pfici pōt p̄mo
tal'r describēdo. ℞. aq̄ ꝛ succi plātagis aq̄ rof. aq̄ burse
pastoꝝ an̄. ℥. j. albumia duo oui aceti. ℥. j. vini citonioꝝ
succi sorbaꝝ. ℥. ß. ꝯcute ꝛ adinuicē misce vsqꝫ veniāt ad
debitā vnionē. deīde ℞. trociscoꝝ de carabe subtilissie
tritoꝝ. ʒ. iiij. capilloꝝ hūanoꝝ adustoꝝ farine volatils
molēdini an̄. ʒ. j. misce ꝛ iteꝝ cōcute. deīde habeas pi-
los meliores leporis ꝛ forma tentas oblongas ex coto
aut ex tela aranea molēdi aut ex rasura pāni lini carte
de papiro. ¶ Quarta intētio pōt fieri ex Mesue. aucte

ysaac.cuius littera habet ita.ysaac medicamen bonum ℞.sanguis draco.ravich papiri cõbuste balaustie ana ʒ.j.ß.coterant subtilissie ꝛpossum⁹ hoc medicamẽ bonũ insufflando vel infundendo multe aq̃ coriandri aut suc co aut vti in distillãdo aut possum⁹ facere tentã et nari bus iponere:ꝛ habet ꝟtutẽ glutinationis ĩ frigidate et stipticitate ¶ Aliud sumit ex Mesue auctoritate serapi onis:medicamẽ abscindẽs fluxũ san guinis abscisione forti ℞.colcotar tele aranee supple molẽdini aluminis añ ptes eq̃les q̃r.ʒ.ij.tere sufficiẽter ꝛ cõfice liciniũ cuz albumine oui.ꝛ habz ꝟtutẽ stipticãdi ꝛ aliq̃liter causti-candi.¶ Aliud tãgit ex eadẽ satis forte.cui⁹ lr̃a.℞.ter-re sigillate aluminis gallaꝝ pforataꝝ adustarũ ꝛ extin ctarũ i aceto forti:ypoq̃stidos añ.ʒ.ij.ß.cãfore opij ana ℈.j.aut ꝛ meli⁹ cãfore ℈.j.opij grana iiij. encausti.ʒ.j. terãt oĩa terẽda ꝛ liciniũ ex his intictũ iponat narib⁹. Et valet hoc remediũ ad causticãdũ ꝛ remittẽdũ acui-tatẽ sanguis ꝛ puocandũ somnũ. ¶ Aliud tãgit ex au-ctoritate Alexãdri vt ℞.spõgiã nouã maximã ꝛ intiga tur ĩ alchitrã ꝛ cõburat ꝛ adde albumen oui ꝛ fac tentã vel liciniuz.¶ Aliud tãgit aucte Johãnicij vt ad causti-candũ ꝛ glutinãdũ ꝛ stipticandũ cui⁹ descriptio ℞.cõ-fectionẽ medicamis abscĩdẽs fluxũ sangnis et narib⁹ ℞.balaustie sanguis draconis:thuris altee colcotar cal cis viue gallaꝝ ꝯbustaꝝ extictaꝝ ĩ aceto alumis iameni gipsi pnluerizati farine molẽdini añ. ℈.iiij. camfore.℈ j.opij gra. ij .tere sufficiẽter ꝛ fac liniciniũ vel tentã cũ aliq̃ liquore ex dictis.¶ Aliud valẽs ad glutinãdũ ꝛ i-carnãdũ ꝛ est domesticũ ꝓ q̃ sic describe. Jtẽ aliud va-lens ad fluxũ sanguis de narib⁹ ꝛ rupturã arteriaꝝ ℞. olibani siue thuris loco illi⁹ aloes añ.ʒ.iij.tere sufficiẽ-ter ꝛ cõfice cũ albumĩe oui. ¶ Aliud est efficax cui⁹ lr̃a habz ita.Medicamẽ ex inuẽtione nr̃a valẽs potissime ad causticãdũ cito sanãs ℞.cãfore colcotar sãguis dra conis sandaloꝝ ru.alumis iameni thuris aluminis vsti papiri cõbuste añ.ʒ.ij.tere subtilr̃ ꝛ ꝯfice cũ aq̃ salis et

fac trociscos. ⁊ qn̄ opꝫ dissolue ī icausto scriptoꝝ ⁊ vtere cū liciuio. ¶ Aliud ex iuentiōe sua cuiꝰ descriptio ℞. pāni lini antiq̄ quātitatē sufficiētē ⁊ īfūde ipm̄ ī liciuio dissoluto ī icausto sc̄ptoꝝ: deinde fac exiccari ⁊ ipm̄ cōburi ⁊ cinerē eiꝰ īsuffla naribꝰ. Est eni ex̄ptū. vel pannū intige ī liciuio ⁊ cōbure ⁊ vtere vt dictū ē aut cū albumie oui ⁊ fac tentā ¶ Aliud vltimū tāgit auctoritate diascoridis stercꝰ asini siccatū ⁊ recēs īsufflatū naribꝰ ⁊ odoratū strigit fluxū sanguis ex v̄tute. ¶ Et dixerūt q̄dā ex posterioribꝰ ꝙ si misceat̄ cū eo sexta vniꝰ ꝑtis opij est remediū vltimum. Et lꝫ fedū sit possumꝰ tn̄ ordinare medicamē isto mō. ℞. stercꝰ asini recēs ⁊ maxie antiq̄oris asini vel asine quātū sufficit ad faciēdū tentā cui adde cāfore subtilissime trite. ℈. ß. opij grana. iij. ⁊ fac tētā et cape de stercore asini ⁊ pista sufficiēter ⁊ deīde imitte succi ⁊ aq̄ plātaginis ⁊ adde trociscos de terra sigillata vel carabe ⁊ si vis aquā roꝫ vel sandal̄. ne ita feteat iuuat ¶ Ex intētionibꝰ p̄dictis cōp̄hendūt̄ medicamina siue remedia q̄ tāgit Auicē. p̄ma q̄rti p̄mo ca. Oportet p̄mū eni regimē positionis vētosaꝝ cōp̄hendere sub sc̄do mō intētiōis vl̄is monet tn̄ ꝙ nō ponāt̄ vētose de sup q2 sup spatulas aut ceruice nisi supple fuerit posite sup ꝑtes īferiores ⁊ nisi p̄cesserit fl eubotia vl̄ n̄ ponat̄ desup q2 sup splenē vel epar: nisi supple ml̄ta īcūbēte necessitate cū ꝓpter appōēꝫ vētosaꝝ cū igne lesibiles sint epati ⁊ spleni. ¶ Tāgit vlteriꝰ lꝫ nō imediate sequat̄ ibi Et cā nō est ꝓhibēs aliq̄d remediū īfrigidatiuū capitis q̄d tāgit̄ sub mō tertio vl̄is. ¶ Tāgit siue inuit remediū ꝑ distillationē q̄d tāgit sub mō p̄me itētionis īfrigidādi fiēdi: tn̄ post ligationē extremitatū q̄ cōp̄hēdit̄ sub mō sc̄dē itētiōis vl̄is. ¶ Pret̄ hec oīa etiā cōfert ad restrigēdū obscuritas aeris clausio oculoꝝ aut aspectꝰ reꝝ nigraꝝ timorē iducētiū. ¶ Et q2 Auicē. ī p̄fato ca. inuit ꝓuocari vsuales ⁊ leuissiōs mōs explicat. p̄mo q2 patiēs ītucat̄ res rubeas ⁊ lucidas ⁊ gaudiosas alit̄ irritatiuas. ¶ Sc̄do q2 strigat̄ sibi leuit̄ gula p̄mēdo v̄sus sur

sū.¶ Itē fricēt frōs ⁊ tīpora. Itē fricēt nares īterius ⁊ exteriꝰ. Itē aq̄ fluuialis tepida vel lenit̄ calida ꝑ nares Itē aq̄ decoctionis altee. Itē aq̄ sublimationis vel decoctionis maiorane aut si fortiꝰ q̄rimus aquā decoctionis piretri: aut sumāt̄ sete porcine ⁊ naribꝰ īponat̄ aut sumat̄ frustrū sanguinarie īponat̄ nari ad modū sete porcine aut ꝓuocet̄ lenit̄ sternutatio. ¶ Reginē vomitꝰ

266



xpidito regīe fluxꝰ sanguīs nariū. seq̄t̄ caplm regimīs vomitꝰ accidētꝫ ī febre q2 ex dictꝫ auctoꝝ et claritatꝫ expientia diuidi pōt ī creticū ⁊ nō creticū. Nō creticꝰ diuidit̄ ī vōitū cibalē ⁊ vomitū hūoralē. Creticꝰ diuidi p̄t ī sufficiētē ad quē seq̄t̄ iocūditas leuitas cū q̊ etiā bn̄ tolerat̄ quāuis est ↄstrīgēdū vt tāgit Auic̄. ⁊ iō declarat Si ↄuenit sōnus ⁊ lauatio faciei cū aq̄ rosata: aut ſm Auic̄. iiij. j. ca. vij. Cū illo q́ vomit sumat̄ aq̄ ī q̄ ponit̄ aliq̄d aceti. Itē lauari pōt stomachꝰ cū aq̄ ordei zuccarata. Deīde possumꝰ si sitiret aliq̄ꝺ stipticū adhibere et vinū granatoꝝ vl' sił'e. ¶ Sōnus tn̄ vt ē tactū valde ↄuenit deiñ añ cibū ad vigorādū stomachū nō ē malū lenit̄ vngere circa os stōachi vn̄ hec iūctio leuis fieri poterit. ℞. olei citonioꝝ. ℥. j. olei masticꝫ. ℥. ß. pulueris gariofil. ʒ. j. coralloꝝ ru. roß. ru. balaustiarū ana. ʒ. iij. absinthij. ʒ. j. masticꝫ. coriandri rubei. ana. ℈. ij. fiat ex eis subtiliter tritis sacculus paruus ori stomachi ī forma scuti cuiꝰ conꝰ sit supior ¶ Si xō vomitꝰ esset creticꝰ ⁊ diminutꝰ ⁊ cōstaret tibi naturā nō tēꝑare qꝺ ↄp̄hēdere posses ꝑ ablationē nausee tūc irrita naturā ad vomitū facil'r. Et vbi mat̄ia est calida posses exhibere sirupū acetosū simplicē exhibēdo. ℥. j. cū. ℥. iij. aq̄ tepide. Si xō mat̄ia eēt frigida posset fieri vomitꝰ cū decoctiōe rafani. Si tn̄ ista fomētia facilia aut inūge ꝑēnā oleo cōi aut sisamino ⁊ deīde īpone ori et gutturi. Vomitīa tn̄ suo loco dicā. ¶ Si xō esset creticꝰ ⁊ valde supfluens eiꝰ remediū haberi poterit ꝑ ea q̄ inferiꝰ dicent̄ q̄ nō pono in p̄n̄ti ne idē replicē se

pius. ¶ Diti vlteri⁹ quēdā vomitū nō creticū esse cibalē vel humoralē cui⁹ remediū hri pōt ac etiā de fluxu sanguinis est dictū i regie vl'i cōiter attēdit circa enivomitū cōitter cōpescendū aut pluries cp regimē vl'e siue intentio i multos ptit modos q̄ colligi possunt ex Auicē. xiij.iij.caplo.v.de cā vomitus absolute. Et pti a Mes. spsim licz i suo de ɔsolatione medicinaꝝ ꝛ p desptionē pteritoꝝ modernos cōiter reducūt ad sūmā. ¶ Primus ergo mod⁹ gñalis intētionis ē remotio cause faciētis vomitū et merito: nā cū vomit⁹ sit res pter naturā ꝛ accidēs morbi: ꝛ oē tale accidēs depēdet a causa nec sine causa remoueri posset merito ad cause remotionē pus attēde. ¶ Scda itētio ē notificatio regis. ¶ Tertia itentio ē ɔfortatio stomachi. ¶ Quarta itētio ē ɔfortatio ꝛ rectificatio mēbri mittētis.s.cp mēbrū mittēs sit in causa. ¶ Quita intētio est diuersio fluētis maxime fluxus.

¶ Sexta intētio ē mitigatio accidētiū stomachi. ¶ Intētio pma ɔplex p alteratiā: si mala ɔplexio sine materia vt si tepidatio laxās sit causa vomit⁹ infrigidet stomach⁹ aut ad caliditatē pducat rugantē: aut si fuerit mala ɔplexio suo cōtrario remoueat. Et has causas reqre.xiij.iij.ij.caplo de vomitu ¶ Si vo fuerit mala ɔplexio cū matia sitr reducat ad benignū si fuerit possibile aut euacuat mōis q̄ dicet cōsiderādo etiā si genita fuerit i stomacho aut aliūde defluxerit cp etiā p ppa loca pqrendū est. ¶ Si vo fuerit aliq̄ cā suo loco vide. p particulares tn̄ intētiones explicabūt ptic'ares remotiōes ¶ Scda intētio q̄ est rectificatio regis cōtinet mensurā reꝝ.xx.nō naturaliū iter q̄s ab aere inchoandū quez rōne vomit⁹ cōpescēdi in febrib⁹ declinare oportet. Ad frigidū et siccū nō ad tepidū aut tpe yemali declinet ad aerē tepido calidiorē: nō sit aer vaporosus nisi ex vaporibus rerū odoriferarum aromaticarum. ¶ Item scdm rem vt cibū et potum moderare oportet vt quantitatis pauce et bone substātie facilis digestionis boni saporis et odoris et declinet ad stipticū nō dulce aut acutū vel acetosum nisi forte pter specialem intentionem

nō sit forte multus. ¶ Tertiū mēsurādū est motus ⁊ qes gñalr̄ cōueit qes ⁊ nō mot⁹. ¶ Quartū somn⁹ ⁊ vigilia Sōnus ī cōpescēdo voītū cōuenit iuxta Auic. vbi allegatū est de cā vōitus absolute. Et tu quidem stude in hoc quātū potes et dormire facias qm̄ illud est radix. ¶ Quintū est inanitio ⁊ repletio siue euacuatio. Et clarū est ꝙ in oī vomitu cōpescendo cōuenit eductio super fluitatū per proprias mansiones. ¶ Sextū est accidēs aīe. oē em̄ accidēs aīe distrahēs ꝟtutē a valde sentiendo constante virtute cōuenire pōt vt etiā dicamus fortē timorē cōueire pōt. ¶ Tertia itētio cōplet̄ ꝑ remedia aliqualr̄ stiptica ⁊ gñalr̄ ꝑ oīa remouētia malā cōplexionē cū materia vel sine materia vel aliā maliciā facientē vōitū aut etiā hñtia ꝓꝓetatē ad stomachū q̄ suo loco dicet̄ quoꝝ q̄dā ꝑ exteri⁹ applicāt̄ vt corallus. Et q̄dā ītus vt iterior pellicl̄a stōachi galliaꝝ. Quedā vigorāt calorē naturalē stōachi. Quedā vigorādo substātiā spūosā sicut ꝯueiens odor dicēte Auic. vt ē dictū bon⁹ em̄ odor ꝯueniēs ē stōacho. ⁊ ꝓꝑe cū ē stiptic⁹. ¶ Quarta intētio plura cōꝑhēdere: nā mēbrū mittēs pōt eē cerebrū reumatizās catarrū aliquā ad stōachū ⁊ tu ꝗre curā. v. iij. de cura catarri. Deide pt̄ eē epar mittēs colerā nā pl'imū ꝙ fluit ad stōachū ē colera vt. xiij. iij. tractatu. j. ca. de egritudinib⁹ stōachi dū dicit. Et pluriū ꝙ ad ip̄m fluit est colera ex epate qn̄qꝫ ex splene mittis Auic dicente ibidē. Et qn̄qꝫ ad ip̄m effundit̄ melancolia a splene ⁊c̄. sicut faciam te cognoscere. Qn̄qꝫ etiam effundit̄ sanguis ad stomachū ex ꝑtib⁹ supiorib⁹: vt est cerebrū: guttur: vel meri: vel inferioribus: vt ab epate. Vn̄ in retētiōe mēstruoꝝ aut emorroydaꝝ pluries causat̄ sanguis vomitus. ¶ Regimē ꝟo hoꝝ mēbroꝝ mittentiū perquire in locis suis in. iij. ⁊c̄. ¶ Quīta intētio si fluit materia per retētionē menstruoꝝ ⁊ maxime abūdāte sanguine cōpletur per fleubotomiā saphenarum vel per appositionē vētosaꝝ in pulpis coxaꝝ ꝓpe naturaꝫ mulieris. ¶ Si ꝟo sit ꝓpter retētionē emorroydaꝝ

apponant sanguisuge vl' fiat fleubothomia de basilica sinistra. ¶ Si vero ab epate fluat sanguis ad stomachuz fleubothomet de basilica dextra. ¶ Et complet etiam ista quita intentio per rectificationē dictorū membrorū vidēda suis locis: et maxie inferiorū incipiēdo stricturā i medio coxarū: deide ppe genu gra exēpli. iiij. pmi vidēda ē siue p te colligere potes. vide et sūmā. xiij. iij. tractatu. v. de cura voit⁹. ¶ Itē p fortē fricationē cū pānis aspis. ¶ Itē p appositionē ventosarū vel sine scarificatiōe vel nō. ¶ Itē cōplet p appositiōez vētosarū circa nates ⁊ circa vmbilicū ⁊ circa fundū stōachi ⁊ sup dorsos inter duas spatulas vt poit Auic. xiij. iij. tracatu. v. de cura vōitus i spāli. Et ras in. ix. docet exhibere vētosaz magnā sup stōachū aut ponat vētosa aliquātulū inter os stōachi. ¶ Septia itētio q̄ ē coāgustatio meatuū cōplet p epithimationē epis aut splenis aut alteri⁹ vie intermedie p quā fluit matia ad stōachū. ¶ Octaua itētio ꝯplet p ligatiōes dolorosas aut fricatiōes aut vētosas aut p medicias caustica tias pōitas circa extrema aut p positionē extremorū ad aquā frigidā vel positiōez earū ad aquā vehemēter calidā iuxta illō. iiij. ij. āphorimorū duorū dolorū q̄ simul fiunt ⁊c. lz ipositio t'miorū. Hijs s'm Auic. xiij. iij. de cura vomitus absolute alijs modis cōferat vt dicit. Et mirabile quidē ē q calefactio extremitatū iuuatiua ē in sedatiōe vomit⁹ ppterea q attrahit Et infrigidatio eorū etiā est iuuatiua in sedatiōe vōit⁹ velocis ppter qd īfrigidat ⁊ simil'r īfrigidatio stōachi ¶ Ad hāc rōem diuersiōis cōuenit vociferatio magna aut aliud īducēs timorem aut gaudiū sil'r vt est tacuum somn⁹ cōfert. ¶ Itē stupefactiua cōueniūt vltimate. nā vbi vomitus pueniret mag pp vētositatē grossam cōuenire philoniū dādo ad quātitatē cicerū. aut. ʒ. ß. tiriace noue. Et si esset ex caliditate tūc frigida tutius exhibere possum⁹. ¶ Nona itētio ꝯplet p vigoratōez cordis aut cerebri vl' respiratōez alicui⁹ alteri⁹ accidēt ad qd sequit vomitus. ¶ De vomitu cibali



Xpeditis intētioībus gn̄alibus ad spāles veniēdū ⁊ ptiri possum⁹ ad has intētiōes fm eas a qb⁹ vōitus depēdet aut fm alias q̄ vomūtur. igit̄ regimē vōitus cibi cōtingētis in febre acuta ꝓpter lassitudinē ei⁹ texture ⁊ artarie. Primo an̄q̄ sumat̄ cib⁹ inungat̄ stōac⁹ hac vnctiōe. ℞. olei ros. fm vnū dictoꝝ modoꝝ factū p Mes. q2 factū ex oliuis imaturis ⁊ olei citoioꝝ ⁊ olei mirtini an̄. ℥. ß. corolloꝝ. rub. lābrusce. gariofiloꝝ. an̄. ℈. j. cere modicū. ⁊ f̄ vnguētū molle. Aut f̄. stōacho hec epithima. ℞. ro. ru. mirti. sumach an̄. M. ß. coralli ru. ʒ. iij. aq̄ ro. aq̄ buglose. an̄. ℥. j. ß. vini planēs stiptici. ℥. ij. misce ⁊ bulliāt iuicē ⁊ dimitte bullire. Deinde hēas filtrū scutalis figure ⁊ infunde hijs rebus bn̄ calidis. Deīde applica ori stōachi bis vel ter cōtinue calefaciēdo. Et si vis vti vtroq3 medicamie potes: postea inunge. Deīde fumiga pānū cū fumigio hui⁹ pulueris ℞. mirti sumach corriādri sicci. an̄. ʒ. j. ros. ru. lābrusce corall̄. ru. an̄. ℈. ij. gar̄. mastic3. an̄. ℈. ij. Et si nō abhoret cāphore bōe. ℈. ß. ⁊ tere aliqual̄r et mediū coclear pone sup prunas. deīde fumiga pānū ⁊ pone sup os stōachi. ¶ Itē pōt fieri sacculus iste maxime existēte caliditate vehemēti. ℞. ros. ru. sādaloꝝ ru. an̄. ℈. iiij. gar̄. ʒ. j. puluerizentur omnia subtil̄r ⁊ ponant̄ in sacculo subtili paruo plus attingente os stomachi. ¶ Item ad eandē intētionē possumus facere cerotū ex cōsimilibus rebus cui⁹ desꝑtio est. ℞. ros. ru. lābrusce sandaloꝝ ru. an̄. ʒ. ij. g̅ne ʒ. j. ß. nucleoꝝ. granoꝝ granatoꝝ ariliū agrestiū. an̄. ʒ. j. ß. pulverizant̄ subtiliter ⁊ infundant̄ in vino ⁊ oleo citonioꝝ ⁊ cū gūmositate mastic3 extendatur super corio subtili ⁊ applicet̄ stomacho versus os. ¶ Ad istam intētionem adduci posset emplastrum dyafinicon quod describit Mes. auctoritate alexandri membra nutricationis confortans valet ad fluxu3 vētris: ad vomitū ad colicā passionē: ad dissinteriā: ⁊ ad fluxū epaticū et malicia ꝑstumbre ⁊ stomachū recipiētē supfluitates ⁊ alijs

¶ Expedita quarta intẽtione siue canone sequit̃ quinta intentio, q̃ est animũ dilatare cor et cõplent̃ hec due debito regimine sex rex nõ naturaliũ. Primo eligendo aerẽ nõ frigidũ, qm̃ premit eũ et ipsius soluit virtutem q̃rta p̃mi.ca.vij. ¶ Uitet etiã calidum aerẽ, qui laxat ei⁹ virtutẽ: sit ergo parũ declinans ad calidũ, vt colligere possumus q̃rta p̃mi.ca.j.ꝛ.vij. vbi esset voluntas iuxta intentionẽ tertiã trahendi materiã ad exteriora siue sudorẽ. Mediet etiã inter caliditates passiuas parũq; declinando ad siccũ. Et sit aer et bene redolẽtib⁹ rectificatus frigidis et stipticis dũ nõ instat tertia intentio aut calidis ipsa instante et non valde stipticis licȝ redolentibus, que ex prehabitis colligere potes de cibo et potu est, vt ex Mesue et partim ex intentione scda. ¶ Itẽ de innanitiõe et repletiõe. ¶ Itẽ de motu ꝛ quiete. ¶ Itẽ de sõno et vigilia. ¶ Itẽ de accidẽtib⁹ aĩe et cõmuniter in fluxu circa nociturũ agitãdo humores et debilitandovirtutẽ. ¶ Expedito quĩto canone siue intentione ad sextũ siue sextã intentionem constringẽdi materiam et stupefaciendi mẽbrorũ sensũ. circa quam intentionẽ, que narcoticis completur, vt frigidis, plura videnda sunt. ¶ Primo an in principio superfluitatũ fluxus ꝯueniat. ¶ Secundo narcoticorum correctiua applicanda sunt. ¶ Tertio videndum est an secure ista applicare possum⁹. ¶ Quarto an noctevel die exhibenda sint. ¶ Quinto an cibo existẽte in stomacho. ¶ Sexto an in corporibus plenis humoribus. ¶ Septimo an corporibus impuris et cacochimis. ¶ Octauo an dieb⁹ continuis vel interpollatis. ¶ Nono an membrorum spiritualium operationibus noceant. ¶ Decimo an sit eorum magna aut parua quantitas exhibenda. ¶ Undecimo an tempore morborum aut accidentium sint exhibenda narcotica. ¶ Duodecimo in qua substantia exhibenda sint an liquida an constante. ¶ Decimotertio an interius aut exterius applicanda et si interius an referat applicare per os aut per inferius. et si per infe-

Ingrossatio 6.a narcotica · a. cui. 15.

rius an per clistere vel per licinium. ¶ Decimo quarto videndum an stupefactiua pura applicanda sint an refracta vel composita. ¶ Decimoquinto describenda et nominanda sunt. ¶ Primo respondendum proposito quod non a principio competunt dicente Mesue loco iam dicto. componunt autem rem magni erroris a principio huius curationis cum narcoticis: est enim cum eis curatio mendosa, propterea quod ingrossant et congelant materias, et fit retentio flegmatis, et redditur fluxus, qui rumpitur post tempus non extensum dici disruptam et quemadmodum fieret prius immo sic egurgitans cum vestigijs congelationis et mortis. Uerum curatio est abscisio cause efficientis siue facientis et coadunatio et confortatio membrorum et virtutum eorum sicut iam diximus. Et ista ratio Mesue licet videatur appropriari flegmatico fluxui solum: tamen pro quolibet humore adduci potest, pro quanto retinetur materia, que in processu est maioris fluxus, vt est causa congelationis et mortificationis, non ergo replicando complexionem conuenit dare in principio narcoticum vbi materia sit multa et in fluxu, vbi vero in corpore iam inanito aut ante euacuato daretur medicina superfluens non in principio dare narcoticum non conuenientibus alijs aut in casu desperato vbi esset valde vehemens prostractio virtutis aut vehementissima instantia vigiliarum. ¶ Ad secundum primitus explicanda sunt nocumenta que ex narcoticis contingere possunt ex quibus debemus adhibere remedia. ¶ Nocumenta autem eorum sunt quia opponuntur rei vite scilicet calori naturali et innato siue spiritui. Nam sunt congelatiua mortificatiua et stupefactiua. Corriguntur ergo per opposita, vt per resolutiua calida, que prohibent ingrossationem infrigidationem et congelationem et per consequens auferunt: sicut miscere castoreum piper et crocum. vt tangit Mesue et de castoreo et croco tangit Auicenna. xvj. iij. tractatu primo, capitulo, vltimo, de cura fluxus ventris ab

flux 9

solute. Castoreū tamen et piper magis faciunt ad resoluendum supple et subtiliandum et prohibendum cō gelationem. Crocus autem maturat et sedat virtutem narcoticorum. ¶ Scdo docet Mes. miscere narcotica confortantia et temperantia spiritus, sicut miscemus cordialia stomatica, sicut proprie spica et deronici et zeduaria. et similia. ¶ Tertio docet Mesue subsistentia siue detinentia reumaticas materias agitabiles et fluentes de parte in partem, sicut miscemus olibanuz siue thus sandaracam et similia et cordialia stomatica calida incisiua. vt muscum cynamomum gariofili macis. ¶ Ad tertium apparet q non sunt sine timore applicanda causa apparet ex dictis Auicenne in narcoticis est timor et Mesue canone dicto, verum est si excusare potes, non appropinquare melius est. ¶ Ad quartum respondetur ex Mesue q melior horarum est in sero ante somnum, quoniam inducunt somnum. Sōnus vero sedat agitationes. quidam tamen dicunt, vt Mes. tangit in mane, quoniā non assunt vigilie scz nocturne propter quas oportet dare in nocte. ¶ Ad quintum respondeatur q non sunt danda cibo existente in stomacho ne corrumperent cibum et cum cibo vaporēt ad caput. aut etiam cum eodem transeant ad membra. Ideo dicebat Auicenna quarta primi proprie cum ipsa facta fuerit fames et hoc capitulo. xiij. ¶ Ad sextum patet per habita q non sunt danda corporibus, ne congelent materias, et eorum expulsiones impediant et ita ne materie multe existentes supprimant virtutem ita congeste. ¶ Ad septimum dicitur q non conueniunt corporibus impuris vehementi impuritate, dictum patet. sed conueniunt mundificato corpore fortis tamen caloris naturalis ⁊ in quo non appareant signa frigoris extremorum et debilitates in pulsu, dicente Auicenna. xvj. iij. tractatu primo. capitulo vltimo. Nō exhibeatur ei cuius infrigidatū corpus et debilitatur virtus et appareat illud in pulsu. ¶ Ad octauum dici-

Ad 3m Ad 4m Ad 5m Ad 6m a plenis Ad 7m Ad 8m

mus q̄ interpollatim quantomagis possumus exhiberi debent et non continue. Ideo, vt dixit Mesue interueniat inter tempus et tempus exhibitio rerum confortantium et cordialium stomaticarum et vt interpellando dies plures, si possumus aut diem scd̄m tenorem virtutis et imminentem necessitatem. ¶ Ad nonum respōdetur narcoticum esse nociuum membris requirentibus substantiam spirituosam multam subtilem et claram. Unde valde nocet oculis et sensibus interiorib⁹ et exterioribus et nocet etiam multum membris generationis multum spiritum requirentibus et stomacho. ¶ Ad decimum respondetur ipsa esse danda in quantitate pauciori, quantum possumus, limitata tamen quātitas cōmunis apparebit positis descriptionibus per auctores, que tamen varianda est scd̄m medici coniecturā respectu virtut; ꝛ īminētis necessitatis. ¶ Ad. xj. alio pari tuti⁹ ē exhibere añ aduētū accidētis aut morbi. nā tūc virt⁹ ē fortior et ꝓhibet̄ ei⁹ lesio ꝑ aduentū insult⁹. ¶ Itē instāte dolore vehemētissimo aut in colica dicente Mesue ex dictis Galieni super. xij. terrapentice in colica quidem vehementi, quoniā maior ē necessitas in cura mēdosa, que est stupefactio ꝛ proprie apud fortem cōmotionem doloris eius q̄ꝫ in cura vera ne virtus cadat et rosoluatur. Et ita intellige alium fortissimum dolorem. ¶ Ad duodecimum respondetur q̄ potius in substantia liquida debent applicari. licꝫ enim citius operatur in substantia permanenti fortiore perseuerantia perducunt operationem suam. ¶ Ad decimūtertiū r̄ndet̄ q̄ tutius est ꝓ corpore toto applicare exteri⁹ q̄ꝫ interius, lꝫ alicui mēbro vt oc'lo exteri⁹ applicata īmediate foret min⁹ malū q̄ꝫ applicare int⁹ cōi mō. ¶ Itē periculosius est applicare ꝑ superius q̄ꝫ ꝑ inferi⁹ lꝫ etiā sit ꝑiculosū applicare ꝑ inferi⁹ vt apparebit. Itē meli⁹ est applicare ꝑ ēplastra q̄ꝫ ꝑ interius, vt est tactū. ¶ Item minus malum est applicarare in licinio q̄ꝫ in suppositorio, ꝛ in suppositorio q̄ꝫ in clisteri, lꝫ in licinio

flux(?) et narcotica

Ad 14m
Ad 15m

nocere posset dicente Auicenna.xvj.iij.capitulo allegato. Et iam nos testificati sumus hoc nos vidisse qui supposuit sibi collirium ex opio et mortuus est. ¶ Ad decimũ quartũ respondet ex prehabitis ꝙ tutius est exhibere ipsa composita et refracta vt apparet ex dictis. ¶ Ad vltimum respondet cõmunia fore, que describit Mesue loco iam dicto ex Auicenna allegato capitulo. ex eis que sunt notabilia, explicabo. et primo Mesue cui⁹ littera habet ita, et est in pncipio assumendorũ trociscoꝝ pro primo medicamen, quod describit yerosolita fortis stipticitatis conferens ad fluxus medicinales ⁊ alios fluxus ventris bonũ et expertum. ℞. olei cõmunis.ʒ.j. coaguli leporis.ʒ.ij.opij.ʒ.ß. gallarum.ʒ.iij. fiāt ex eis contritis trocisci cum sirupo papaueris quorum quilibet sit.ʒ.ß. Et sit eius dosis a.℈.ß. vsq₃ ad.ʒ.ß. ¶ Secũda descriptio trociscorum est ista. Confectio trociscorum, quos composuimus nos ad superabundantem fluxum catarri et colericam passionem et alios fluxus vẽtris confortantis animã constringentem vomitum cũ significationib⁹ frigiditatis et faciũt somnũ. ℞. thur. ciperi minuti ameos galle musca. croci gũmi ara. balaustie camegith et fruct⁹ tamarasci corticis granatorũ mirre spice ana.ʒ.ij. iusquiami opij ana.ʒ.j.ß. fac trociscos cum miua citoniorũ quorum quilibet sit aur.j. ⁊ sit dosis eorum trociscus.j. ſm Mesue credo dosim esse a.℈.j. vsq₃ ad.ʒ.j. ¶ Sequitur alia descriptio trociscorum ſm Mesue cuius littera habet ita. ¶ Confectio alia trociscoꝝ ex inuentione nr̃a ad oẽm fluxũ ventris et vomitũ cũ significationib⁹ caliditatis. ℞. spodij.se. rob.acacie ypoqstidos sanguis draco.gall. croci añ.ʒ.ij.boli ar.ʒ.j.ß.opij iusqami añ.ʒ.j. fac trociscos.ʒ.ß. ⁊ sit dosis ſm Mesue trocisci.j.cũ aq̃ rob.℥.ij.aut cũ miua vel similibus: dosis tamẽ sit a.℈.j. vsq₃ ad.ʒ.ij. Per hos trociscos intelligere potes trociscos de carabe. descriptione Mesue quorũ dosis est.ʒ.j.cum aliq̃ dictoꝝ rob. ¶ Ad istã intentionẽ ordinat Mesue huiusmodi

pill℞.sub his verbis. Cōfectio pillulaꝝ filij setal bona ad fluxum ventris et reumatismos viscerum. ℞.bdellij sandarace opij thuris minuti mirre croci aā.ʒ.j. fiant pillule sicut cicer cum miua vel sirupo mirtino et dentur tres vel.v.potes tamen dosare a.℈.ß.vsq ad.j. Et Auicenna tamen.xvi.iij.aliqua stupefacientia, licȝ nō ita domestica comprehendere possumus loco allegato capitulo vltimo.tractatu.j.Et primo tangit quoddam emplastrum siue linimentum.℞. opij. iusquiami ana. parte. j. quia exempli gratia. ʒ.ß. copularum glandium balaustiarum acacie thuris mirre ana.partes.v.misce cum succo iusquiami albi:aut cum succo corticis papaueris:aut decoctione eorum et liniatur venter ex eo. vel potes facere linimēta ex trociscꝫ.descriptione Mesue dissoluādo in succo aut decoctione papaueris aut de mandragora.Descriptio trociscorū ſm Mesue ibidem.est ex narcoticis fortis stipticitatis qđ dictū referri pōt ad linimentū positū.et est.℞.coaguli leporis danich.ij.et est pōdus.v.granoꝝ ordei vel.ij.chirath opij tantūdē gall℞.ʒ.ß.thuris.ʒ.viij.ex hijs puluerizatis fiant trocisci cū sirupo papaueris. Et sit dosis scđm Auicennā.ʒ.j.aut melius a.℈.ß. vsq ad.ʒ.j. ¶ Secundum ita describit ℞.gallaꝝ imaturarum partē.j.qꝛ exempli gratia.ʒ.ij.thuris opij ana.partē.ß.credo melius ꝙ sit ʒ.j.fiant trocisci modo dicto. aut fiat puluis solus ꝙ sit dosis ſm Auicen.ʒ.j.et est melius a.℈.j.vsq ad.ʒ.j. ¶ Tertiuȝ tale tangit ℞. se. iusquiami albi opij papaueris:spodij balaustꝫ.thuris aā ptes equales.qꝛ aā.ʒ.j fac trociscos si vis vel da puluerē cum sirupo papaueris et dosa, vt dictum est. Et valet hoc in fluxu cum signis vehementis caloris. ¶ Quartū conueniens fluxui cū signis frigoris.℞.opij sandarace:thuris minuti mirre croci ana.ʒ.j.fiant pillule sicut cicer cum sirupo: aut succo.Et dentur pillule.ij.vel sufficit vna. ¶ Quintum ponit Auicenna ꝙ dicit magis conueniens fluxui cum signis frigoris ℞.Castorei opij sandarace liqde semi-

fluxus

nis iusquiami albi.mirre azari thuris ameos ana.ʒ.j. conficiant cū melle spumato. Et sit dosis fm Auicenna sicut nabach q fm Symonem est fructus de seni.do semus ergo a.ʒ.ß. vsq ad.ʒ.j. ¶ Sextum tangit cuius descriptio ℞.merdasengi quartā.ʒ.j.coaguli leporis.ʒ viij.ossa de corde corui adusti gallarū ana.ʒ.j. opij danich.j.pulueriza et fit dosis a.℈.ß.vsq ad.ʒ.ß.cum miua citoniorū.¶ Septimo ponit quosdam trociscos quorū descriptio.℞.acacie gallarū opij gūmi ara.ana. partē j.fiant trocisci mō dicto.dosa a.℈.ß.vsq ad.ʒ. ß.Et cōpetunt fluxui cum signis caloris. ¶ Octauum tangit aliud bibendū magis cū signis frigoris.cuius descriptio ℞.ameos se.apij corticis granatorū acetosorum gallie sauine se.iuniperi cuius folia aliqualiter assimilāt folijs sauine ana ptes equales q℈.iiij.opij.℈.ij. terāt sicut alcohol. Et sit dosis eius cū vino citoniorū vel alio simili stiptico a.ʒ.j.vsq ad aur. ¶ Vel melius a.℈.ß.vsq ad.ʒ.ß.Et dixit esse dandum tm in mane aut tm de sero quia sufficit q semel in die det. Ponit dosim puerorū ab vno danich vsq ad.ij.melius tamē est a grana.ij.vsq ad.iiij.Et Auic.dicit hoc narcoticū datū ad bibendum cōstringit in duobus diebus. ¶ Itē ad hanc intētionem cōuenit filoniū descriptione Mes.in antidotario scda descriptione et cōuenit fm pmā intētionē fluxui magis cū signis frigoris.Et dosat fm pmā descriptionē vt det quātū ē cicer vel faba pua cū vino citoniorū.Dosa fm descptionē a.ʒ.j.vsq ad aur.j. ¶ Itē cōuenit athanasia magna etiā cū signis frigoris, et dosat ab aur.ß.vsq ad j.cū vino dulci suaui et cū rob de succo endiuie et apij.

filoniū psia

3,67



¶ Capitulum de fluxu proueniente ex inanitione.

Expedito regie fluxus vētris ppt medicinas trāseo ad spāles fluxus. Et pmo cū fluxus capiāt denoiationē a mēbris p quorū defectū imediate causāt.vt qdā eorū dicat stomachus,quidā cerebralis

quidaz epatic⁹ ꝛc. Et capiunt fluxus diuersitatē ex ciba rijs et aere cōtinēte. ¶ Primo tāgam remedia fluxus disticta rōne mēbroꝝ ꝛ pmo stomachi et spāliter lenītis et lubricitātis stōachū de q̄b⁹ spāle cplīn facit Aui. xiij. iij. tractatu. v. ꝛ supponit Raß. et suppositis causis et signis supposito etiā ꝙ oīs īmoderata discrasia cuiuscūq₃ possit deijcere actū virtutis. ex. ij. āphorismoꝝ. ij. cōmento. Quibuscūq₃ iuuenibus existentibus cōueniunt linitiuū ꝛlubricatiuū stomachi siue lienteriā aut fluxū cibalē siue cuiuslibet denominatōis specifice male cōplexionis cū materia vel sine materia cōsequi posse dicente Auic. xiij. iij. tractatu. ij. caplo de debilitate stomachi. Et vnaquaq₃ ipsaꝝ virtutuz debilitat ꝑpter oīm maliciam cōplexionis et retentiua a caliditate intensa siue materia cōseruetur per declinantia ad frigꝫ vt sumitur capitulo nunc allegato. ¶ Raro tñ, vt tangit Auicenna. xiij. iij. tractatu quito. et capitulo de lenitate stomachi ꝛ eēt cā sistentis nature ꝑpter caliditatem īmaterialem non laxare stomachum nisi sub gradu intenso huius humiditatis cuius est magis laxare. Si ergo sit mala cōplexio calida sine materia, si sit ꝑpter colligantiā epatꝫ aut mēbro aut vicino alio stomacho, tūc si caliditas est fiens, gn̄alis est vna intētio scꝫ rectificatio mēbri calorē cōicantis stomacho, que pertinet ꝓprio regimini illius mēbri. ¶ Secūda intētio est alteratio stomachi cū infrigidātib⁹ intensiorib⁹ aut remissioribus ſm ꝙ exigit dispositio habēdo tamē semꝑ mēti vehemēter frigida actu corꝑi saltē insolito non esset tribuenda vt. xiij. iij. tractatu primo de canonibus vniuersalibus egritudinū stomachi dū dicit. Et oportet vt nō cōferas in curationib⁹ stomachi aut caliditati eius aliq̄d vehemētis frigiditatis sicut est aq̄ vehemētis frigoris ꝛ ꝑpe ī eo q̄ nō ꝯsuet⁹ ē eā bibere. Et sint etiā frigida bōi odorꝫ aliq̄lr stiptica aut aq̄ roß. ꝛ succi reꝝ frigidaꝝ de q̄b⁹ dictū ē. Itē epithiata et inunctiones itelligāt ex dictis suꝑ cā. de vomitu calido post euomitionē

¶ Item collige per te regimen sex rerum nō naturaliū qd regimen ex p̄habitis colliges. ¶ Regimē vero male cōple xionis cuz materia colerica multiplicem habet intētio nem. Nā si materia colerica cōmittat stomacho aliūde, prima intētio est ducere materiā siue diuertere, vt ex p̄ habitis pōt: et rectificare membrū mandans. ¶ Scda i tentio est euacuare materiā infusā vomitu, vt tactū est solutione ventris, q̄ etiam tangebat in regie vomitus calidi. ¶ Tertia intentio est post euacuationem rectifi catio et cōfortatio stomachi. ¶ Primā intentionē, vt est tactum, complet ligatio extremitatum fricatio et eua cuatio ab epate vel ab alia parte cōpletur. ¶ Secunda intentio cōpletur per preparātia materiam et euacuan tia ipsam, vt est tactum de vomitu colerico. ¶ Tertia vero cōpletur per regimē sex rerū nō naturaliū, et per ad ministrationē rerum medicinalium. Et ita tertiam in tentionem perficit regimen male cōplexionis in ma terialis calide fiendis seu factis. Pro primo patet sat regimē esse debere aerē frigidū semper, ne frigida fri giditate aeris conferendo stomacho calido nocent ma gis cerebro vel alijs membris. Et si aer non habetur fri gidus constitutione anni siue tempore, paretur artifi cialiter, vt habitū est pluries de regimine febrium acu tarū. ¶ Quantū ad scdm eligant cibi infrigidantes, vt coriandrū cui9 est infrigidare et retinere cibū in stoma cho. Itē psica non vehemēter aquosa et nominat psica citonia nō multū apta ad ebulliendū. Item pira. Item citonia. Item cornua. et similes fructus infrigidantes et aliqualr humectātes substantiā stomachi. Itē ex ole ribus conueniūt endiuia lactuca et acetosella, que sola cōuenit. lactuca vero et endiuia magis cōueniunt cū ace to. ¶ Item cōuenit cucurbita cocta in decoctione agre ste vel aqua imponantur agreste integre ad bulliendū. ¶ Item ex granis conueniunt lentes et panicū. milium parando lentes cum aceto. Item conuenit panis mini me salitus et panis minime habens furfuris. ¶ Item

virtute existente forti ad digerendū cōuenit ad epar inflammatū, vnde cōuenirēt oua cocta in aceto. nec intelligas cocta in aceto cū corticib; vt est mos cōis, sed remoto cortice clixent in aceto vel agresta vel succo granator aut similiū. vel pmo frangant cortices deinde infundant cruda ad acetū vel agrestā et permittant ibi stare per horā et post iterato fundat agresta vel acetū desup aut vinū granator etc. ¶ Itē couenīūt pisces recentes cōditi in agresta vel aceto vel simili. ¶ Itē ex carnibus cōueniunt digestiua existente forti vitulorū lactantium aut edorū aut capriolorū aut leporū aut ex bipedibus pullor aut perdicū aut aliar montanar in rub degentibus aut alaudar. Itē iterū siue fincedule et possunt condiri hee carnes cum aceto et agresta. vnde in isto casu conuenirent gelatine facte cū aceto aut agresta aut succo granatorum. Item auicule condite cū mirto et aceto, vt turdi vel merulle vel minutiores aues. ¶ Itē cōuenirēt ventres pullorū aut minutarū auiū, infusi aceto post debitā elixationē. Itē quāuis nō sit domesticū, lac acetosū a quo extractū est butirū. ¶ Ex potibus vo cōueniret vinū rubeū aliqualr stipticū et valde pauciferū siue aquosū. Itē cōueniunt potus frigidi ex succis acetosis, de qbus dictū est siue rob eorū. ¶ Item miua citoniorū sine speciebus. ¶ Ex medicinalibus vo pmo via potus (vt tactū est aliqualr) cōueniūt sirupi illorum acetosorū aut istorū rob. Itē sirupus rob. Itē sirup9 de papauere aut rob eius. ¶ Exterius vo applicāda vide ex dictis de regie colerici vomit9 in applicādo tamē frigida tene mēti canonē Auic. xiij. iij. tractatu pmo de cura male complexionis calide cū dicit. Cū emplastras stomachū, caue tunc ne velamen infrigidetur aut epar tali infrigidatione: qua eorum operationes naturales noceantur. Multotiens enim accidit nocumentū in anhelitu et frigus in epate. q si perceperis aliquod horum, tunc succurre ei cū oleo calefacto et fuso super locum supple, vt oleo de absinthio aut de mastice aut de

ouai aceto
pisces
caro
Lac
vinū
syrupi
Localia

fl. lxxix

'A frig:

spica ꝛ emplastra ipsuz sup locū infrigidatū ex eo oleo ꝛ pone loco emplastri scz infrigidatiui ea, que bibuntur scz frigida minus ledētia frigore, vt supra dictū est, abi liora emplastra. ¶ Si vero mala cōplexio frigida stomachi fuerit causa lubricitatis, multiplicem etiāz habeas intentionē fm distinctionē male cōplexionis. Nā si est sine materia, pendens tamen et fiens a causa primitiua, duplicem habet intentionem. ¶ Primā remotionē cause. ¶ Secundā alterationem stomachi cum calidis aromaticis. ꝛ sit aliqualiter ad stipticum declinantibus, que patebunt sequenti regimine. ¶ Si vero pendeat ab aliquo vicinante mēbro cōmunicante stomacho simplicem infrigidationē modo loquendi Galieni. j. de differentijs febriū. tunc similiter duplex habetur intentio. Una ad rectificandū membrū cōmittens alterationē. Alia (vt est tactum) ad alterandum et confortandum stomachum. ¶ Si vero sit mala complexio frigida stomachi, tunc cura est difficilis. si tamen membra circunstantia fuerint frigida a quorum frigiditate licz non pendeat virtus stomachi: tamen ab eodem noceatur: vt sine remotione frigiditatis circunstantium stomachi frigiditas remoueri possit, rectificentur circunstantia, deinde confortetur stomachus, ꝛ regatur per debitam administrationem rerum non naturalium, vt eligatur aer temperate calidior ex natura vel artificio: vt calefaciendo camerā cū igne aut stupha aut etiā faciendo euaporatiōes siue fumos notos ex rebus notis, vt ex ligno aloes aut thure aut mastice aut sandaraca vel iunipero vel simili ex cibis calidis saltem condimēto aromaticoruz, vt cinami vel zinziberis aut gariofi. vel macis vel magis vel minus calidior fm ꝙ dispositio exigit ¶ Item potus sit vinū aromaticum. Item exercitiū cōuenit. Item calefactio extremorum, ꝛ dicta ab Auicenna. xiij. iij. tractatu primo in cura male complexionis frigide. Et scias ꝙ calefactio extremorum perducit ad calefactionem stomachi ex primo. Itez temperata vi

calefa: stoma:

gilia ⁊ euitatio somni diurni ⁊ immediate post cibum. Item vitatio repletionis ⁊ expulsio superfluitatũ. Itẽ apertio solitarum euacuationum, vt emorroydarum et menstruorum ⁊ fluxus sanguinis narium. ❡ Ex accidẽtibus anime vitentur timores: tristicia. gaudiuꝫ conuenit ⁊ moderata ira: vitetur superfluus coitus: tamen in potentibus coire moderate. ❡ Item ex medicinalibus conuenit zinziber conditum aut gariofil'. aut cinamomum. Item muscus ameos alleum potissimum rusticanis. est enim tiriaca rusticorum. xij. Terrapentice. et capitulo. vij. cuius principium redeamus ergo isto paragrapho Quidam vo in experientia habent. Item anisum feniculus ciminum ⁊ galanga. ❡ Item ex confectionibus electuarium de gemmis descriptione Mesue. Item confectio de ligno aloes. Item de costo dulci et amaro. Item conuenit tiriaca magna. vt. ʒ. j. cum ℥. j. vini aromatici acuti, vt maluatici vel similis. ❡ Itẽ aqua ardens siue vite, quam potes etiam facere calidiorem ꝯm vini acutioris sublimationem ⁊ ꝯm commixtionem piperis vel alliorum quorumlibet calidorum cum vino sublimando. ❡ Item extrinsecum vt portatione plumaceoli ex penna molli et subtili animalis pluribus veteri vt domine auce aut pertacta portatione cimature scarleti in vino maluatico infuse ⁊ postea exiccate isto modo. ℞. cinami gariofilorum ana. ʒ. iij. masticis corticis thuris ana. ʒ. j. ß. bulliant in duobus ciatis vini maluatici ad consumptionem quarte partis. deinde infundatur dicta cimatura in dicta decoctione et exiccetur et super stomacho teneatur. Aut fiat epithima cum spongia vel filtro vel ista cimatura et apponatur stomacho. Similiter potes facere inunctiones ex oleo masticino aut de spica aut absinthio aut de cinamomo de quibus omnibus dictum est. ❡ Similiter cerota potes facere ex p̄dictis reb⁹ ⁊ oleis que ꝑ habita videre potes. ❡ Silr̃ appõ vẽtosaꝝ suꝑ stõacho ꝓfert.

fluxus

¶ Item lotio ⁊ cōfricatio extremitatū. Itē lotio cruriū ⁊ peduȝ cū aqua camomille/aut decoctione andachoce aut corticū allei. ¶ Itē conuenit tenere puerū vel puellā .xv. annoꝝ super stomachū semꝑ annihilata vitioruȝ annexione. Itē cōuenit tenere canē suꝑ stomachū aut tenere volā manꝰ. ¶ Si fuerit ꝟo mala cōplexio frigida pēdēs a materia: vel ergo materia est in fluxu. ⁊ tūc regaꝷ fluxus regendo mēbra mandātia: aut si fuerit totū corpus mandās/plene euacuetur: deinde ponanꝷ stiptica in partibꝰ intermedijs vbi fuerit fluxꝰ materierū a principalibus mēbris potissimū facientibꝰ ad conseruandū indiuiduū ⁊ speciē: tunc enī nō sunt materie repellende versus ꝑncipalia/sed euacuande sunt a stomacho: aut euacuande sunt ꝑ emunctoria ꝑncipaliū: siue ꝑ ductus aut vias expulsionū ꝑncipalibus deputataruȝ. ¶ Materiā ꝟo frigidā effusā stōacho si natās fuerit/vt est tactū/euacua vomitu. Et per hoc vide ī regimine vomitus. Docet tamen Auicēna .xiij. iij. vomitum leuē tactū ex oximelle ⁊ aqua rafani aut aqua mellis aut aqua ordei ⁊ oximelle calido: quia tepido aut calido potētia: quia sit oximel squille aut oximel aromaticū cū subtiliātibꝰ ⁊ exiccātibus ꝓhabitis: vt spica ⁊c. ¶ Si ꝟo humores magis in fundo stomachi natarēt siue grauitarent/tunc per fluxū ventris educere potes. ⁊ leue solutiuū poterit esse yera dando a. ʒ. iij. vsq̧ ad. v. aut dando. ʒ. ſ. pillularū de yera cōfortās cū agarico. Et si humor effusus fuerit aquosus vomitꝰ silr̄ cōfert exiccātia interiora vel exteriora ⁊ inūctiones ⁊ cerota colligēdo ex ꝓhabitis ⁊ vomitū ⁊ pillulas dictas. ¶ Si ꝟo fuerit matia viscosa ꝯueniūt īcidētia/vt oximel simplex ⁊ oximel sq̄lle ſm modū tactū. ¶ Si ꝟo materia frigida esset ī stomacho ꝯgesta/eodē modo prepareꝷ ⁊ euacuetur/vt tactū est. ¶ Deinde transeaꝷ ad exhibitionē tiriace aut metridati aut aromaticoꝝ simpliciū calidoꝝ/de quibꝰ dictū est. ¶ Itē cōueniūt cōposita ⁊ electuaria tacta in cura male complexionis frigide sine materia. ¶ Itē inunctiōes ⁊ alia

exteriora enumerata. ¶ Si vero in stomacho fuerit ma-
la cōplexio humida causans lenitatē stomachi et stoma
chū fluxū, tunc qr cōiter ista pendent a materia: vel hec
materia est effusa: vel in fluxu a mēbris aut a toto cor-
pore. Et seruetur canon, q dictus est de euacuando totū
corpus aut determinata mēbra. Et canon diuersionum
ad loca viliora et phibitionis transitus materierū ad sto-
machū. ¶ Itē postea (vt est tactū) si materia supnatat et
magis os stomachi petat, vomitu educatur, vt est tactū
aut solutione ventris pdicta. Aut si fuerit inepta educi pp
viscositatē et grossiciē aut subtilitatē, preparetur modis
dictis. Deinde pellatur et regatur rebus scz nō naturalibus
sex ad siccitatē declinantibus, vt aere sicciori ampliori
motu fricationibus etc. Et cibus naturaliter siccus vel ar-
tificio, vt assatura carniū aut frixura carniū et oēs pi
ces, et vtatur carnibus sicciorib9, vt perdicū fasianorū et
pipionū ruraliū turture auiū munitarū, vt ficedule meru
le turdi leporis capoli capreti vituli. pdimētis eorū ad sic
citatē declinātibus vtatur: etiā si voluerit comedere ius
similiter auiū siccarū: vt pullorū colūbe et nō corpora pullo
rum quorūcunqz saltē in vsu frequēti. Corpora enī pul
lorū et colūbarū sunt tarde digestionis et lōge more in
stomacho. xiij. iij. tractatu pmo. de cura male cōplexio-
nis stomachi cū materia. Similiter cōuenit ius puarū auium
maxime conditū cū aromatibus siccis et aqua ferrata.
Unde Auic. xiij. iij. tract. et ca. de pdictis. Et aq ferra-
rij molaris et in qua extinguitur ferrū multotiēs, est iuua
tiua humoris stomatici, vel extingatur ferrū qter vel quī
quies et vel calibs, et maxime aq distillationis arene.
¶ Digerētia vero si humor sit grossus hūidus aut viscosus
inter cetera sunt incidētia et subtiliantia. et maxime cō
mendatur oximel squilliticū. dicēte Auic. xiij. iij. i tracta.
pmo. de cura male cōplexionis humide et frigide. ¶ Ex
medicinis bonis ad oēs egritudines materiales gros-
sas et humidas est sirupus squilliticus. ¶ Ex euacuati-
onibus vero sunt pdicta. ¶ Medicine vero rectificantes

fluxus

humores grossos sũt pillule elephãgineę aloetice maxime pill'e stomatice ⁊ aloe ĩ sirupo acetoso cũ seminibus anisi cimini ⁊ similibus. Stomaticaꝝ vero elephanginaꝝ descriptionẽ vide ex habitꝭ in Mesue. Itẽ ad hoc confert yera posita. xiij. iij. tractatu. j. ca. allegato. yera ad illũ q̄ grossius est. ℞. seis apij sex ptes ꝑt. ꝫ extremitatũ absinthij anisi feniculi aã. ʒ. iij. piperis al. azari aã. ʒ. j. ß. costi spice keysim siue leuistici. ana. ʒ. ij. masticis croci ana. ʒ. j. aloes. ʒ. viij. puluerizenẗ ⁊ fiãt trocisci cũ sirupo de absinthio. loco huius vtere yera Ga. de qua dictũ est sup̄. aut pill'e de yera. ꝯueniũt ẽt aliqñ yere recipiẽtes agaricũ aut fortiores, q̄s vide in antidotario. ¶ Itẽ zinziber cõditũ. ¶ Itẽ lꝫ non sit vsuale ĩ ꝓposito: acorus cõditus. Itẽ anisũ cũ zuccharo cõditũ. Itẽ feniculus. Itẽ cynamomũ. Itẽ gallãga: ⁊ q̄ p habita cõcipiãẗ. ¶ Si vero fluxus stomatichal' esset materia cõgesta ĩ stõacho, euacua illã vomitu vel sol'one vẽtris vel digere ipaꝫ modis p̄habitis. Sil'r si mat'ia. fuerit flegma acetosũ, digeraẗ ⁊ euacueẗ, vt est tactũ. Cõmendat tamẽ Auic. in isto casu: dyacalamẽtũ, qð vide etiã ĩ Mesue. ¶ Itẽ cõuenit diacinamomũ. Itẽ si flegma foret frigidum, cõuenit dyatriõ pipereõ, qð etiã locis suis est videndũ. Itẽ cõueniũt digestiua ⁊ euacuatiua, vt est tactũ. habe tamẽ mẽti pillulas stomatichas discriptione Mes. et si mat'ia colerica fuerit effusa stõacho, rege etiã vt dictũ est in regĩe vomitus, p interiora ⁊ exteriora, vt dictũ est ibidẽ. ¶ Et si humor esset cõmixt', vtere etiã regĩe cõposito iuxta canonẽ in diuersis locis sumptũ. Et si fuerit iste fluxus stomatichal' ex debilitate retẽtiue ⁊ raritate texture, cureẗ cũ reb' stipticis iuuãtib' siue aggregantibus substãtiã stomachi, vñ cõueniũt sirupi stiptici miue ⁊ sil'ia q̄ tacta sunt ĩ regĩe vomit' colerici. Aut frigida, vt exigit dispositio. ⁊ ita etiã dicaẗ de exterius applicandis. ¶ Si vero causeẗ stomatical' fluxus ꝑpẗ vlcera stomachi, tũc mũdificenẗ ⁊ cureẗ vlcera. Deinde transeatur ad confortandũ stomachũ. ¶ Si vero causa

fluxus stomachi fuerit ppt reliquas medicine tūc fiat vt dictū est in regie fluxus supfluentis ppt farmachū. Si vo fuerit stomatical' fluxus ppt catarrū descēdētē a cerebro, tūc attendat capiti ex regie catarri posito. v. iij. ¶ Si vo fluxus sit causat' ppt cibos, tūc nō restringat donec sint euacuati nisi valde debilitaret virtus. Et si cōtigerit ppter cibū multū causatū esse fluxū, tūc expectetur eius eductio siue separatio a stomacho et membris, qd cōprehēdere poterim' p famē, ⁊ tūc administret vnctiones ⁊ stiptice cōfortatiue stomachi, vt oleū masticis et cibi facilis digestionis aliqualiter ad stipticū declinantes in quātitate pauca ⁊ permittat panis aliqualiter tostus vel assus infusus vino aromatico aliqualiter potenti de quo dictū est. Et sit etiā pot' paruus. Si vo cib' fuerit de se soluēs, sic reubarba ⁊ rege istū fluxū regimie flux' facti p medicinā. ¶ Silr si assumpsisset mercurialē aut oroleū aut robellia non correcta cu bellia nō correcta, idem fac. ¶ Si vo contigerit propter cibos aquosos ledentes stomachum et intestina ⁊ propter comestionē cucurbite vel similis, vt lactuce cerosorum vuarum et mororum maturorum et grisolimorum et similium frigidorum ⁊ humidorum, tunc quere eductionem horum lauando ⁊ mundificando stomachum cū medicinis dictis in regimine fluxus propter medicinas. ¶ Conuenit etiam brodium pulli cum cinamomo et gariofi. et similibus. Et cibi breuis digestionis, vt pulli parui de quibus dictū est conditi cū succis stipticis ⁊ cum cinamomo ⁊c. ¶ Et pmo premittatur panis tostus vel assus infusus aromatico et pontico vino. ¶ Itē stomacho fiant inunctiones et alia q dicta sunt in regimine stomachi frigidi et humidi. ¶ Si vo contingeret fluxus propter cibos viscosos, sicut est portulaca aut aliud, tunc petatur istorum eductio cū vomitu aut clesteri abstergēte ⁊ queniētis pot' ⁊c. Itē pull' cdit' cū cinamomo ppe aut cū aliquo alio aromatico, qd habeat virtutē incisiuā aromaticā ⁊ stipticā, vt est cinamomū aut gar.

¶ Si vero contingeret propter cibum tarde digestionis qui ventosatur: tunc deponatur etiam cibus et exhibeantur carminatiua vẽtositatis: sicut anisum feniculũ carui ameos galanga et siliqua. Itẽ conueniũt aromatica pdicta. Item inunctiones exteriorum calide quas ex phabitis vide. ¶ Itẽ lotiones pedũ in aqua camomille cũ fricatiõe. ¶ Si vero causa fluxus fuerit inordinata assumptio cibi vt cibus tarde digestionis tũc petatur eductio vtriusque cibi vomitu et fiat clistere educatiuũ secũ. Deinde exhibeatur lauatiuũ stomachi aliqualiter abstergẽs vt aqua ordei cum zuccaro ru. quod cõtingit secundum plurimũ ebullire cibũ subtiliorẽ et in colerã cõuerti. Aut cõuenit brodiũ pulli cum zucchari vt tactũ est. Deinde expulsionem cibi vt vigoretur stomachus cũ frigidis et stipticis: et dentur cibi facilis digestionis et aromatici vt dictũ est. ¶ Si vero trãsmutetur cibus ad acetosum petatur similiter eius eductio modis dictis: et sumat brodiũ pulli cũ aromaticis. Et fiant exteriora remedia declinãtia ad calidũ et stipticum que non replico vt potẽtia cappari etc. ¶ Si vero propter paucitatem et subtilitatẽ pauci cibi vt non bene retineatur et irritetur virtus ad expellendũ tunc exhibeatur cibus grossus vt gelatina sincida et sumachia mirtina risum pani cum miliũ vinũ nigrum et pmittantur stiptica. ¶ Ex fructibus autem conditis vt citoniũ conditũ aut similia: et etiam fiant confortantia stomachũ que ex pdictis de vomitu colligi possunt. et vitẽtur subtiliantia et calefacientia imo declinet regimen ad aliqualem frigiditatem et ingrossationem etc.

267

¶ Capitulum de fluxu cerebrali.



Dicto de regimine fluxus propter cibos vidẽdũ est de regĩe fluxus cerebralis quia cãti de fluxu potissimũ hũiditatũ a cerebro ad stomachũ et ad itestina dato quod stomacho aut itestinis nõ cõtingat lubricitari. Erit ergo istius regimẽ catarri et pin de expediẽdo regimẽ ad quitã. iij. recur

rendũ[?] vt ꝓposito spectat, aliq̃ breuia tãgẽda sunt. Istud q̃ regimẽ respicit debitũ regimẽ mãdãtis. ¶ Scḋo regimẽ viarũ stomachi per quas materia mittit. ¶ Tertio regimẽ stomachi ad quẽ fit missio. ¶ Primũ aũt regimẽ diuidi põt ĩ debitã administrationẽ nõ naturaliũ rerũ et in debitũ regimẽ ꝑ medicinas et medicinalia. Primũ q̃ꝛ cõiter a capite fluens est flegma viscosũ, ideo eligamus aerẽ declinantẽ parũ ad calidũ ⁊ siccũ: aut saltẽ ĩ actiuis temperatũ, magis enĩ calidũ aliq̃n dissoluẽdo materiã ampliori ponit ĩ fluxu: frigidũ aũt exp̃mẽdo caput vt spongiã vel ex aqueo reumate, iuxta G. sniam. iij. amphorismorũ. cõmẽto. xiij. Si vero austerini yemis re-ctificatio vero aeris cõueniẽs ꝓposito colligat ex dictis. locũ etiã vitet subterraneũ ⁊ sub testudĩe lapidea. ¶ Ad scḋm enĩ cibũ venio, quẽ eligat leuis digestionis nõ stipticũ sꝫ abstergentẽ potiꝰ vt ptisanã ordei aut panẽ coctũ in brodio pulli. ¶ Ex carnibꝰ ꝯuenirẽt edine aut minutarũ auiũ. Itẽ oua sorbilia vitet oĩa cruda fructꝰ caseũ lac ⁊ silĩa. ¶ Ex potibꝰ cõuenit aq̃ zucchari cũ modico vino aliqualr̃ ru. ¶ Ad tertiũ q̃escat, motus enĩ auget fluxũ ⁊ ꝓhibet maturationẽ catarrorũ. ¶ Cõueniũt tamẽ extremorũ ꝑpe supiorũ fricationes ante cibos. ¶ Ultimo ad q̃rtũ sit pauci somni, vt horarũ. vj. nec dormiat post cibũ nisi saltẽ. ij. horis elapsis dõec dormiat de die dicẽte Auic. iij. j. ca. ix. de sõ. ⁊ vig. In die q̃ꝫ dormire ẽ malũ: gñat enĩ egtudĩes hũectãtes ⁊ reumatisãtes, nec dormiat resupinꝰ dicẽte Auic. iij. j. c. eodẽ. Resupinꝰ ãt dormire ẽ malũ. Ad malas enĩ p̃pat egritudĩes, sic apoplexiã ⁊ frenesiꝫ ⁊ ĩ cibũ, q̃m supfluitates ad posteriora fac̃ decliare: vt. xvj. iij. tractatu. ij. de cura fluxꝰ cerebral̃ oportet vt hĩs nõ dormiat sup collũ. ¶ Itẽ dormiat ĩ altero laterũ ⁊ eleuato capite: ⁊ ordinẽ laterꝫ vide. iij. j. allegato ca. Post sõnũ q̃rat imediate expellere supfluitates, q̃ꝛ expuere ⁊ emũdare nares ne repleat multũ, imo surgat a mẽsa cũ reliq̃s famis ⁊ sitis ex canone. iij. j. de regimine eiꝰ q̃ cõedit ⁊ bibit. ⁊. v. iij. de cura catarri ⁊

aër

cibꝰ

Motꝰ

so.

Repto

fluxus

sitiat et famē patiat᷑ ⁊ vigilet qm̄ sunt initiū cure. ¶ Ad
sextū venio, vt accidētia aīe: gaudeat ⁊ delectet᷑ nec for
tia īcurrat accidētia tp̄e vel īmediate post. Vitet coitū.

Medicina

¶ Posito regīe n̄ naturaliū rer̄ ad mag꞉ medicialia ve
niēdū. Primo igit᷑ si mat̄ia ē multa, euacuet᷑ cū pillulis
de yera aut cochijs. Nō enī īcōuenit, vt ē tactū, fluxu flu
xū curare. Itē miorata mat̄ia digerere potes cū isto di
gestio. ℞. sirupi de sticados descp̄tione Mes. ℥. j. mel᷑.
ros. colati. ℥. ſ. aq̄ acori. aq̄ zucchari. an̄. ℥. j. ß. misce post
sūptionē sirupi. iiij. vel. v. vicib⁹ da p̄dictas pill᷑as qua
rū dos sit a. ʒ. ß. vsq꞉ ad. ʒ. j. Licz ear̄ ī alio casu dos de
beat esse maior. ¶ Vel si leui⁹ digestiuū facere vis, loco
sirupi de sticados pone aquā. Itē capiti fiat iste saccu
lus. ℞. flor̄ camomille. flor̄ sticados an̄. M. ß. maiora
ne corticis citri. folliculor̄ sene an̄. ʒ. iij. mac꞉ nucis mu
scate an̄. ʒ. ij. gar̄. ʒ. j. betonice q̄rtaz. M. j. puluerizent᷑
subtilit᷑ ⁊ fac sacculū de pāno lineo aut sindone de gra
na q̄dratū, ponat᷑ sup̄ p̄tē p̄orē capitis circa ꝯmissuram
coronalē, aut si maior īcubuerit necessitas, rade caput
et frica cū pānis asper꞉. Et aliq̄n ī isto casu cōcedit᷑ cau
teriū, vt ptz in. vj. iij. vbi allegatū ē ⁊ p̄ Mesue ⁊ p̄ alios
sapiētes loquētes de catarro. ¶ Vlterius deriuāda est
mat̄ia ad nares cū caputpurgijs factis cū viuo subtili
albo potēti: aut cū aqua decoctionis peretri aut ex suc
co blete. Leue tn̄ caputpurgiuū ex aq̄ decoctionis ca
momille: aut decoctionis aut sublimationis maiorane
potest fieri ante euacuationē materie. Itē pōt mastica
re masticē post piretrū aut sil᷑e vt medicine expellant᷑ p̄
os. Tentemus tamē stati a p̄ncipio deriuare materias
cū leuibus tamē ante euacuationē factam.



Expedito regimine capitis ⁊ tacto regi
mine viarū ad regimē stomachi veniē
dū. ¶ Patiens ergo catarralē fluxū cō
surgat a somno in p̄ricipio et post si in
stomacho grauitatē sentit, vomit⁹ p̄uo
cetur: nec applicent᷑ stomacho stiptica

aut in intestinis nisi cessante fluxu a capite et mun-
dificatis stomacho et intestinis. Hijs mundificatis sti
ptica stomacho applicari poterunt ⁊ intestinis ex aro-
matibus ad calidum declinantib⁹ ex dictis de vomitu
flegmatico ⁊ de fluxu flegmatico hṙi pñt breuiť ⁊ faciľr

¶ Capl'm de fluxu intestinali. *Lienteria*



Expedito cerebrali fluxu ad ītestinalē ve
niēdū. Et p̄mo ad lubricitatē intestinoꝝ
ꝓportiōabilez ī causis lubricitatꝫ stoma
chi. Si igiť causeť lubricitas ex mal' cō
plexiōib⁹ siue maťia siue p eēntiā siue p
colligātiā ad alterātia veniēdū. Et p col
ligātiā mēbri ītestinis colligati remediū īpēdať ītestīs
Aut si supiora fuerit p potū adhibeať remediū. ⁊ si in ī-
ferioribꝫ fuerit defect⁹ magꝫ clisťia exhibeāť. ⁊ si vtraqꝫ
defecta fuerit vtrūqꝫ r̄mediū ē exhibēdū ¶ Si ṽo fuerit
mala ꝯpl'o cū mā͞ si mā ꝺ̄fluat aliūde ītestīs mēbra mādā
tia sť ꝯfortāda ⁊ r̄ctificāda. Et si ep mittat ītestīs colicā *Ab epate*
māz poterꝫ euacuare cū re educ̄tia col'e. dimitte tñ īte
stīs aliqd stipticꝫ vestigiū vt poterꝫ euacuare cū mirab.
citri. aut cū reubbaro. Et si maťia eēt mlťa posses dare ī
fusionē nō q̄rēdo magnā stipticitatē. vñ p̄mo mirabol'.
īfusoꝝ potes sic describere ℞. mirabol'. citri. ℥. ij. īfūdāť
triti sufficiēter ī aq̄ zucchari. Deīde coleť p pānū ⁊ suf
ficiēter exp̄mať Et ī illa. ℥. v. cassie fistꝫ aut māne. ℥. j. dis
soluať ⁊ ī potu tribue. Nec mirādū si misceť cassia aut
māna cū q̄ram⁹ euacuationē nō curādo de stipticitate.
¶ Si ṽo paucificata iā mā q̄ram⁹ aliq̄lē euacuationē
siue eductionē cū maiori stipticitatꝫ vestigio. ita descri-
bere poterim⁹. ℞. mirabol'. citri. ʒ. iiij. terať aliquātulū
sup lamīa ferrata aliquātulū calefacta. Deīde sufficiē-
ter puluerizenť ⁊ deť ī potu cū miua citonioꝝ. ℥. j. ß. aq̄
extinctionis calibis. ℥. iiij. aut cū sirupo mirtio ⁊ ī potu
da patiēti. ¶ Itē post dictas euacuationes pōt vti dia- *diarodon*
rodō. cui⁹ descriptio ī lr̄a est. Diarodon cōferēs dolori
stomachi et epatis et puncture in eis et caliditati et

fluxus

acuitati colore citrine faciens digerere cibū ⁊ est ex bñ cōfortātibus stomachū et epar debile. Cui⁹ hec est descriptio vel ꝑmixtio. ℞.rof.ru.siue tm̄ folioꝝ.ʒ.x.trocis. diarod.trocisci .de spodio.liqritie.añ.ʒ.iiij.spodij croci masticꝫ aloes añ.ʒ.ij.triū sanda.ʒ.iij.azari spisse.musci macꝫ cardamōi.portulace scariol.lactucꝫ se.citrulle.se minis cucurbite cucumeꝝ alba.margaritaꝝ basilicōis garia filati.rasure eborꝫ dragagātis gūi ara.añ.ʒ.ſ.cā fore.ʒ.ß.cōfice cū sirupo rof. Vel si vis facere cōfectio nem solidā ꝯfice cū zuccharo ⁊ aq̄.rof. ⁊ da ante prādiū aut ante cenā a.ʒ.ij.vsq; ad.ʒ.ß. ¶ Vel valꝫ cōfectio de trib⁹ sandal. ⁊ reubarbaro torrefacto quā describit Nicholaus i antidotario. ¶ Itē facere potes leuē ꝯfectio nem sic. ℞.margaritaꝝ albaꝝ fragmētoꝝ smaragdi.saphiri.iaciti granate añ.grana viij.corall.ru.sanda.ru. añ.℈.j.teranť oīa subtilissime ⁊ infundāť aq̄ rof. et cū sufficiēti quātitate zucchari fiat cōfectio solida. ¶ Itē valꝫ etiā in isto casu zucchaꝝ rof.solū. Vel fac istā medicinā ℞.zucchari rof.antiq.ʒ.j.ß.zucchari boragiati ʒ.ß.miue descriptione descripte ꝯfectionis.ʒ.vj.misce ⁊ icorpora ⁊ da i potu cū aq̄ extinctionis calibis. ¶ Item valet robub stiptica de q̄bus facta est mētio. ¶ Itē mi ua citonioꝝ sine spēbus. ¶ Itē sirup⁹ mirtin⁹. ¶ Itē epa ti fiat inūctio tacta vt ℞.olei rof.ʒ.j.ß.sandal. ru. spodij añ.℈.ij.aceti.ʒ.ij.cū cera fiat vnguētū. ¶ Itē lꝫ nō sit vsuale loco oli rof.possꝫ ponere oleū citonioꝝ. aut mirtinū aut oleū īfusionis triū sandaloꝝ aut corall. ¶ Iteꝫ fieri posset inūctio circa vētrē ex oleo rof. vel sili, sicut dictū est in fluxu vētris ꝑpť medicinā. ¶ Itē ꝯueniunt pulvereꝫ trocisci descripti supi⁹ loco allegato p Mes. ¶ Itē cōueniūt trocisci desc̄pti q̄rto viatici ca.de lienteria cui⁹lr̄a hꝫ ita. ¶ Trocisci valētes ad oēꝫ lienteriā solutionē vētris lenitiōē intestinorum. ℞.rof.spodij añ. ʒ.iiij.berberꝫ se.herbe acide siue acetose, vel meli⁹ acetoselle.ʒ.vj.ypoq̄stidos gūi ara.thuris se.mirti coriandri īfusi i aceto die ⁊ nocte oīa assa ⁊ fac puluerē ⁊ tēpe

ra cũ succo citonioꝝ ⁊ fac inde trociscos, q̃s sicca ⁊ vnũ ita puta puluerizatum, qui sit. ʒ. j. da bibere cũ succo citonioꝝ. ¶ Vel potes cõterere trociscos duos ⁊ cũ sufficienti quãtitate zucchari ⁊ aq̃ rof. fac cõfectionẽ ⁊ da bibere. Multa alia ex p̃dictis cõp̃hẽdere potes ex dicẽdis. ¶ Si v̓o colı́ca materia esset effusa siue fluxa ĩ itestinis educat̃ cũ clisteribꝫ, si magis attẽdas ĩferiꝰ abstergentibꝰ aliqual̄r ⁊ alterãtibꝫ, vt ℞. ordei lb. j. ß. zucchari ru. ʒ. j. aq̃. rof. ʒ. j. ß. fiat clistere. Vel si volueris cõfortare itestina, pone oleũ rof. loco aq̃ rof. Aut si attẽdas alterare ⁊ lenire ℞. aq̃ ordei lb. ß. olei viol. cassiefistule añ. ʒ. j. zucchari ru. ʒ. ß. Aut si inttẽdas alterare ⁊ sedare mordicationẽ ⁊ confortare viscera. ℞. aq̃ ordei. olei rof. añ. ʒ. j. vitell. ij. recẽtiũ ouoꝝ lenit̃ coctos misce et fac clistere. Aut fac ex oleo rof. solo aut viol. aut mirtiorum aut citonioꝝ Et post eductiones materieꝝ q̃si cõpletas cõueniũt clisteria cõstrictiua magis, q̃ tãgent̃ inferius. ¶ Itẽ inũctiones infra vmbilicũ, ⁊ circa femur ex oleis stipticãtibꝰ. ¶ Itẽ sacculatiões/ epithı̃ata/ cataplasmata/ encachismata/ semicupia ex stipticꝭ frigidis, q̃ruꝫ p̃terı̃t rememoratio. ¶ Itẽ si app̃hendis materiã esse magis in supiorib' itestinis, ex grauitate ⁊ dolore in partibꝰ supioribꝫ tũc euacua cum ĩfusione mirab. citrinoꝝ. aut reubarb. aut exhibẽdo substantiã eorum torrefactoꝝ, vt tactũ est dũ q̃ris (vt etiã dicebat̃) post solonem stipticitatẽ vel dũ intẽdis linire ⁊ liniẽdo euacuare. In p̃ncipio mat̃ia existẽte multa tũc exhibe cassiã. aut mãnã cũ aq̃ ordei, vt ℞. cassie mãne añ. ʒ. j. zucchari aut ordei. ʒ. ij. minora dosim ẜm infirmi dispositionẽ. Ubi aũt postea stipticitatẽ velles, dabis mirab. aut reubarbaꝝ, vt dictũ est. ¶ Post v̓o euacuationẽ cõuenit regimẽ declinans ad frigidũ et stipticũ ex cibis potubus sirupis robub et miuis in interiꝰ applicãdis. Regimẽ tamẽ colerici fluxus. effusa tamen colerica materia plurima ad stomachũ et intestina tangebit Auic. xvj. iij. tractatu. ij. ca. j. Medicamẽ bonũ ad lubricitatẽ humidã, cuius litteraꝫ

clist. lenia

fluxus

Auic.

quia vtilis est, explicabo rc. ¶ In illa ergo cui⁹ est colera rubea plurima effusa ad stomachū ꝛ intestina, oportet vt tēperes mēbrū in quo generat colera, a quo ꝓcedit ꝛ epar ꝛ fel ꝑ illud, qd dicebat in ca. suo. Et euacues supfluitatē colicā, si fuerit plurima. Et tuti⁹ est cū vomitu, si fuerit possibile bñ ꝛ cū fluxu vētris. Si vo fuerit ī virtute debilitas ꝛ timet ꝙ accidāt vlcera aut ꝙ sint facta: ꝛ post illud incipere cū infrigidantibus stupefaciētibus ṗdictis al's stupefactionē faciētia ṗdictam. ¶ Et multotiens quidē sanat hanc lesionem sumere in potu mirabol'. citri. ipsi enī educūt colerā et faciūt subleuare virtutē in frigiditate facientē stipticitatē. ¶ Et ex hijs, q̄ conferūt, est administratio lactis acetosi ꝓprie cum spodio aut simili cū aqua sanich ordei. Similit stante hac effusione si a ṗncipio cōprehenderes peccare cum colera sanguinē, cōueniret flobothomiā premittere basilice. Si autē intestinis fluxus fuerit flegmaticus: distinguendū est, quia vel effundit a mēbro aliquo intestinis aut effusus est siue cōgestus. mēbra vo a quibus fluit flegma intestinis cōiter, sunt cerebrū ꝛ stomachus ꝛ aliquando epar. Si ergo aliquādo effluxerit flegma intestinis, rege vt dictū est in cerebrali fluxu. ¶ Si aūt effluxerit a stomacho, sil'it oportet videre an sit effluxū a stomacho, ꝛ tūc rege mēbrū mādās ꝛ mūda stomachum vomitu. Et si in stomacho fuerit cōgestū, si fieri pōt, potius educat vomitu vt euacuatiōe ꝯria ꝛ post mūdificatiōez rectificet stomachus, vt dictū est ī regimīe stomachi fluxus. ¶ Si vo flegma fuerit effusuz ad intestina siue cōgestū, nō educat vomitu. Nā flegma in intestinis ꝯgestꝫ nō ē educibile vomitu dicēte Auic. xvj. iij. tractatu. ij. c. ij. Verū euacuatio materie isti⁹ egritudinis cū vomitu est difficil' materia, ꝛ ꝓ isto facit dictū Gal'. iiij. amfor. cōmēto. xij. Quicūqꝫ vētris lienteria. ¶ Educat igit clisteri, si fuerit ī inferiorib⁹ ītestinis: vt. ℞. flor camomille aneti añ. ℳ. j. ordei. ℳ. ß. siue pugillū. ß. furfurꝫ. iiij ℳ. j. fiat decoctio in aq̄ ꝛ dissolue mell'. ℥. j. ß. fiat clistē.

re aut tm̄ mel rof. yere pigre.ʒ.ß.olei camo.ʒ.iij.ß. cli
stere. Ul. ℞.vini albi subtil lb.iij.furfur floꝝ camomil
le ordei añ. M.ß.bulliāt i dicto vino:deide cola: Postea
℞.mel rof.colati.ʒ.ij.yere pigre.ʒ.ß. Post cōpletā mū
dificationē cōpeteret clistere ꝯstrictiuū in q̄ essent cali
da declināntia ad stipticū: vt.℞.ameos aut cimini ana
M.j.nasturcij.M.ß.floꝝ camomille ptes.ij.M.j.corti
cū thur nuc cipssi añ.ʒ.iij.bulliāt i vino stiptico vel aq̄
cisterne. Et post colaturā fiat clistere. Eodez mō potes
ponere i clisteri cōposita calida stipticātia, q̄ tacta sunt
de regimine flux⁹. Post assūptionē farmaci. Itē ꝯueni
unt inūctiōes:epithimata:balnea: sacculatiōes fiēde i
fra vmbilicū. Itē infra coxas supsedēdo:hūc sacculū te
nere pōt maxime in inferiorib⁹ pcepto frigore. ℞.suge
M.ij. furfur floꝝ camomille tassi barbaci nuc cipssi
subtilissime pulverisatoꝝ añ.M.ß. calefiāt aliquātulū
in sartagine vel lebete.deinde ponātur in sacculo lineo
vt supsedeat,vt est dictum. ¶ Post v̄o euacuationē vta
tur cibis aromatibus cōditis paucis tm̄ ⁊ ita vtatur po
tu nō nimis aquoso ⁊ aliq̄liter stiptico. Nō negligat fe
bris,si affuerit. ¶ Si v̄o fuerit flegma in superiorib⁹ in
testinis,a pncipio educatur cū infusione agarici tacta.
possum⁹ iterato sic describere. ℞.agarici.ʒ.j.spice.℈.j.
dimitte hic salgēma īfūde in decoctione zinziberis.ʒ.j.
⁊ in ista decoctione dissolue māne.ʒ.j.aut cassie.ʒ.j.⁊ da
in potu. Et si vis ℞.mirabol.kebuloꝝ emblicoꝝ añ.ʒ.j.
infunde in aqua mellis:deinde cola ⁊ tribue in potu cū
ʒ.j.⁊ ß.mel rof. Si v̄o cōplet vel q̄si cōplete vis eua-
cuare materiam vel dimittere magis vestigiū stipticita
tis,tūc. ℞.pmo mirabol.kebuloꝝ emblicoꝝ añ.℈.ij. tor
refiant aliquātulū ⁊ pulverisent ⁊ nō oppugnāte febre
det in potu miua citonioꝝ cū specieb⁹. ¶ Post v̄o com-
pletas euacuatiōes poterim⁹ dare .ʒ.j. tiriace antique
cum vino aliqualiter potenti:iuuat eni naturā ⁊ confor
tat spiritū,vt de ipsa tangit: ⁊ alijs duab⁹ cōfectionib⁹
Auic.tangit.xvj.iij.ca.ij. ¶ Item cōfectio alkekengi,vt

cofec° Alkegi dicit Auic. Cuius descriptio sm Mesue est hec. Cōfe-
ctio alkekēgi cōferens ad solonem nature ꝛ vomitum
ex flegmate ꝛ malicia digestionis cōfortat appetitum
et dispergit ventositatē cuius descriptio. ℞. ros. spice
costi ana. ʒ. iiij. floꝝ alkail. i. roris marini als alkail. i.
granati silvestris: nucis musca. calomi aromatici gari-
ofili cardamomi ana. ʒ. iij. ß. ciperi. ʒ. xij. triūpipeꝝ ana
ʒ. iij. ß. zinziberis. ʒ. ij. mirab. emblicoꝝ belliricorū ꝛ in-
dorū ana. ʒ. j. granoꝝ mirti balaustiaꝝ thuris corticū
citri fructus thamarisci ana. ʒ. iiij. bulliant cū vino bo-
no antiq°. et bullitione vna exiccentur. deinde bulliant
alia bullitione cū succo citonioꝝ ꝛ exicca in vase terreo
vitreato et tere oīa simul sicut alcohol ꝛ cōfice cū miua
citonioꝝ. ꝛ da in potu. ʒ. iij. cū sirupo citoniorū. ¶ Huic
etiā cōueniunt dyacitoniten de zuccharo cū speciebus.
¶ Flegmate vero existente vitreo cōueniūt incidētia et
subtiliantia. vñ potes exhibere hoc digestiuū. ℞. mell.
ros. colati. ℥. j. ß. acetositatis citri aromatizet cuz cina-
momo siue fiat decoctio duaꝝ. ʒ. cinamomi in cuius. ℥. iij
distemperet pdictus sirupus. Aut ℞. mell. simplicis.
℥. ij. detur cū simplici decoctione aut cū aq̄ decoctionis
zinziberis aut gar. deinde soluat cum hijs, q̄ dicta sunt.
augendo dosim. deinde fiāt reliq̄, vt dictū est. Similiter
cōpeteret, si flegma sit mucillaginosū, aut crudū. Si vero
fuerit aquosū, potes ipm inspissare ꝛ abstrergere dādo
mel ros. sine aceto cū decoctione masticis. Deinde pos-
ses euacuare, vt tactū est, ꝛ operare extrinsece stiptican-
do stupefaciendo cū fortioribus aq°so flegmate plus la-
xante membrū. Et habe semp menti in q°libet flegmate
an aliūde stomacho an intestinis siue fluxerit siue con-
gestum fuerit ꝛ operare, vt tactū est. Si vero humor coleri-
cus fuerit causa fluxus, tūc silr videndū est a quo mem-
bro fluat intestinis ꝛ in epate. an sit ibi cōgestus vel cō-
geries humoꝝ colericoꝝ vel melancolicoꝝ. Si enim vt
plurimū est, fieret et ex splene, iterū vide. si pmo fluat sto-
macho q̄ꝫ intestinis, an vtrisq̄ꝫ simul. Cōsidera etiā qua

rum aut cum alio dicendo in cura quartane. ¶ Si vero splen nimiam melancoliam emiserit, euacua materiam in stomacho existentem vomitu et rege infirmum cibarijs facilis digestionis non siccis et stipticis et ita vitetur vinum nigrum. ¶ Si vero contingat destructio appetitus ex colligantia matricis in muliere propter retentionem menstruorum aut in viro propter retentionem emorroydarum, tunc attendatur prouocationi istarum euacuationum. aut si contingat propter aliquam retentam euacuationem, prouocetur illa. Aut si contingeret propter dimissionem exercitij, reuocetur exercitium et tantomagis minorentur cibi et potus. ¶ Si vero contingit destructio appetitus propter nimium somnū tunc precipiatur vigilare: fiant fricationes: abstineat a cibo longo tempore. ¶ Item vtatur cibis et potibus exiccantibus. ¶ Item vnctionibus stomachi vigorantibus appetitum et aliqualiter calefacientibus, vt oleo de spica vel mastice. ¶ Item in brodijs suis vtatur cinamo gariofilorum et similibus. ¶ Si vero contigerit destructio appetitus propter accidentia anime. vt nimium timorem &c. attendatur remotioni accidentium. ¶ Item tentemus extrahere sanguinem et spiritum cū confricationibus extremorum. ¶ Item adhibeantur odoramenta incitantia appetitum cordialia ex parte cōfectionis, vt dyamuscū dulce et electm̄ de gēmis. ¶ Et si cōtigerit propter aliqđ aliud accidens, attende remotioni accidentis. Et si contingeret propter nimiū coitū, attendatur refectioni virtutis et restaurationib[9] ex pte rer nō naturaliū. Et aerem eligat temperatum in actiuis modicū declinātem ad humidū aromatizatum reb[9] temperate calidis, vt fumo thuris et alior similiū. ¶ Cibos etiam eligat facil' digestionis, vt oua sorbilia. aut brodium factum ex vitellis ouor in brodio pulli. aut testiculi gallorum, vel contusum pulli, vel sublimatum eius vt cibarium factū ex pulpis caponū contusis et cōditis cum modico zuccaro zinzibe agreste lacte amigdalino

et brodio cappōis cū aqua assate carnis cū modico ci-
nami et aqua rof. aut testiculi iuuenis arietis aut ca-
preti iuuenis aut pullus puus lardatus et assat⁹ lento
igne et cōtinue aspsus aq rof. Deinde post decoctionē
dismēbratus ⁊ aspsus modico agreste cū cinamo ⁊ zuc
caro. ¶ Item cōuenit vinū aromaticū declinās ad dulce
paruū ſm naturā aut limphationē. ¶ Itē ex cōfectioni
bus cōueniūt grana pini cōfecta. ¶ Itē cōueniūt pulpe
capponis trite ⁊ cōdite cū zuccaro ⁊ modico cinamo ⁊
aq rof. Post. ℞. carniū3 cappōis subtilit ꝯtritarū. ℥. ß.
margaritaꝝ saphiri smaragdi granate ana. ʒ. ij. cina-
mi. ℈. j. musci ambre. ana. granū. j. terant subtilissime ⁊
cū. ℥. viij. zuccari in sufficienti quātitate aq rof. ⁊ aque
buglosse fiat cōfectio solida aut in morsell'. aut fiat ele
ctuariū. ¶ Itē valet in ꝑposito electuariū quo vtūtur re
ges et delicati tam pme q̄ scđe descriptionis Mesue.
¶ Itē vitet iste subitam et nimiā repletionez imo poti⁹
parciat cibos in multas vices. ¶ Itē vitet motū ⁊ vtat
qete ampliori sibi debita tpe sanitatis. Itē somno vta-
tur ampliori et gaudio ⁊ vitet accidentia debilitātia vt
timorē et irā ⁊c. ¶ Si ꝟo cōtingeret destructio appeti
tus in febre ꝑpter vermes tūc cōueniunt interficiētia
et deponētia ꝟmes ⁊ educētia materias corruptas. Itē
cōuenit yera simplex Ga. dando. ʒ. iij. cū aqua decoctio
nis seminū citri ⁊ pulueris cornu cerui aut detur infu-
sio reubarbari vt. ℞. reubarbari. ℈. iiij. spice. ℈. ß. infun-
dant in vino albo ⁊ sufficienter exp̄mant. Deinde. ℞.
sirupi acetositatis citri. ℥. j. ß. aq decoctionis lupinoruz
aut vini granatoꝝ muzorū. ℥. ij. misce ⁊ in potu tribue.
¶ Itē cōueniūt pill'e aloetice cōmunes. Itē regat in-
firmus cū cibarijs ad acetositatē declinātibus. ¶ Itez
stomacho fiat hec vnctio cōis. ℞. olei rof. ℥. iij. pulueꝝ
cimini pulueris lupinoꝝ cora ll'. ru. ana. ℈. j. misceantur
cū oleo sufficient trita. Deinde ponat ī pomo arancij ꝑ
forato cū fuso a filo. Deinde ponat dictū pomū sub ci-
neribus calidis vt debite calefiat. Deinde sufficienter

vermes fol. 95.

exprimat cū corticib⁹ deinde fiat inūctio vt est tactū: multa alia possunt fieri q̄ videāt in mafia vermiū. sic sunt remedia magri Anthonij de lacipola. ¶ Si aūt cō tingat destructio appetit⁹ ꝑpt intestina aut ꝑpter dissinteriā aut colicā: aut dolorē renalē aut vesicalē attendat p̄mo regimē illoꝝ. deinde attendat vigorationi stomachi cū vnctionib⁹ ⁊ ꝯfectionib⁹ ⁊ alijs calidis aut frigidis ſm ꝙ indigebit dispositio. ¶ Si vero contigat propter malā dispositionē siue cōplexionē stomachi calidam diuidat silr regimē in nō naturaliū rerū ⁊ medicinaliū magis. ¶ Pro primo eligat aer declinās ad frigidū nō multū tamē correct⁹ aromatisat⁹ vt dictū est sup regie acutorū. ¶ Eligant etiā cibi frigidi vt ptisana ordei mixta vino granatoꝝ aut agreste aut silr ex frigidis acetosis quoꝝ sit infrigidare et stipticare et corrugare os stomachi laxatū ꝑpter caliditatē. Eodē modo cōueniūt gelatine sulcide ⁊ silia multotiēs dicta. ¶ Itē carnes pulline vel auicularū infuse aceto. Itē cōuenit panicū. ¶ Ex carnib⁹ cōueniūt pulline edine leporine ⁊ caprioline. Itē perdicū: fasianoꝝ et auiū paruaꝝ de quibus dictū est. Vitet caseū ⁊ lac: ⁊ pinguia. Itē cōueniunt oua cōdita cū agresta ⁊ vino granatoꝝ aut ex alio silr corrigente caliditatem. Itē cōuenit aliaꝝ reꝝ non naturaliū regimē declinās ad frigidum qđ per te vide. ¶ Simplicia tamē valētia ad destructionē appetitus accipiendo ⁊ maxime cū raritate oris stomachi sunt rose: aq rof. sumac vel decoctio eius vel aqua sublimationis coriādrū siccuꝫ. vel citonia: vel pira aliqualiter stiptica: acetosella: granata muza: vel acetosa ribes: berberꝭ. corna: nespula: sorba: agresta succus panziarum: vitis acetositatis citri limonū arātij glans recens masticata ad maturitatē tendens acetositatis citrāguloꝝ acetositatis limonū lambrusci acacia. ¶ Ex compositis vero cōfert sirupus rof. iulep rof. zuccarū rof. Sirupus aut rob frigidi ex p̄dictis acetositatib⁹ vt citri citoniorum ⁊c. Ex cōfectionibus cōueniūt aliq̄ tacta ꝑ Mes.

vt illa posita in antidotario electuariũ de ꝑsicis ⁊ ma-
gis illud electuariũ de fructib⁹ magni iuuamenti ad so
lutionẽ vẽtris ⁊c. Itẽ illa ꝯfectio de sorbis cõfortãs sto
machũ. Itẽ illud electuariũ cõfortãs stõachũ ⁊ viscera
Itẽ mirabolani citri. cõditi cũ mũa simplici citonioꝝ
Itẽ pira cõdita. ¶ Silr̃ vnctiões etiã applicãdo stoma
cho exteri⁹ i ꝓposito ꝯueniẽtes note sunt. vt ex oleo ro-
sarũ ⁊ oleo citonioꝝ vel mirti vel alia re frigida aroma
tica tñ ⁊ stiptica qd̃ oleũ ꝑ te vide. ⁊ ordina faciẽdo bul
lire illã cũ oleo elephãcino lãbrusca tñ ⁊ coralli ru. val-
de approꝑant. ¶ Vñ potes facere oleũ isto mõ. ℞. olei
onfancini. ℥. j. lãbrusce. ʒ. vj. coralli ru. ʒ. ij. bulliãt ad cõ
sumptionẽ q̃rte ꝑtis aut i sole seruẽt. Et sic ex aliis reb⁹
potes ꝑ te cõstruere oleũ qd̃ nõ habes i ꝓ̃ptu. Si v̾o
cõtigeret destructio appetit⁹ ꝓpt malã cõplexionẽ fri-
gidã. Silr̃ diuidat regimẽ in regimẽ nõ naturaliuz et
medicinaliũ. Pro ꝑmo eligat aer declinãs ad calidum
correct⁹ cũ aromaticis calidis ⁊ fumo thuris vel masti
cis aut sandarace aut iuniperi vel ligni aloes ⁊ cyꝑssi
vel eius nucũ. ¶ Scd̃o cibi vsuales aromatizent cũ ci-
namo ⁊ zinzib. aut mace. aut gar̃. aut nuce muscat. Ex
carnib⁹ cõueniũt ꝑ̃tacte correcte cũ his aromatib⁹ aut
anisi feniculi aut carui. Itẽ cõuenit panis fermẽtatus
magis cõi saltior debite decoct⁹ ⁊ pinsat⁹ cũ modico li
phinij. ¶ Itẽ ꝯuenit vinũ vet⁹ aromatisatũ sumptũ ipotu
calidũ caliditate panis aliqualr̃ assi actualr̃ valde ca
lidi infusi vino. Itẽ põt fieri iste puluis. ℞. cinami. ℥. ß.
zinzib. ʒ. ij. macis gar̃. ana. ʒ. j. ß. subtilissime pulueriʒẽ
tur ⁊ misceant cũ duplo zuccari albi bene triti ⁊ aspga
tur vipa infusa vino: ⁊ de isto potet. ¶ Itẽ in isto casu cõ
uenit claretũ siue more frãcigenaꝝ ypocras. Et fit vinũ
nõ stipticũ nec grossũ nec nigrũ. Sed albũ clarũ subti-
le aromaticũ modicissime declinãs ad dulce. ¶ Hic etiã
cõueniret iulep melise aromatizatũ cũ musco vel ambra
Itẽ iulep aq̃ sublimationis absinthij aromatizatũ cuz

gar. Itē cōuenit aqua decoctionis masticis vel cinami vel macis vel piperis nigri vel longi vel albi. Ex cōfectionibus cōuenit vt Auicenna tangit dyatritonpipereon. Itē dyacalamentū dyamuscū dulce descriptione Mesue. Electuarium de gēmis diambra. Confectio de cinamo. Itē corticū citri cōditi. zinzib. cōditum. Cinamum conditū anisuz cōditum. Citonia condita cū speciebus et melle. Ex medicinalib⁹ vo cōuenit tiriaca magna antiqua dādo. ʒ. iiij. al's. ℈. iiij. cū. ℥. ij. vini antiqui. Item conuenit metridatum mirabolani cōditi cum speciebus. ¶ Item conueniunt odoramenta calida ex aromaticis calidis tactis. conueniunt sacculationes vt tāgit Auicenna ex milio fumi euaporationes. vel fiat sacculus iste. ℞. mente absinthij ana. Manipulum. ß. spice. dragmas. iij. corticum citri dragmam. j. masticis cinami calomi aromatici ana. dragmam. j. gariofilorum ℈. iiij. macis. ℈. ij. puluerizentur subtiliter et fiat sacculus. ¶ Item conuenit vnctio ista. ℞. olei masticis olei de spica. olei de absinthio ana. dragmas. vj. pulueris gariofilorum. ℥. j. ß. cinami macis ana. ℈. ij. modicum cere et fiat vnguentum molle. ¶ Item aspergantur extrema cum vino calido aromatizato cum predictis aramatibus aut si expediat fortius aromatizetur aqua vite cum predictis aromatibus aut limphetur vinum predicta aqua aut aqua melise aut fiat aqua vite cum vino predicto et taliter aromatizato. ¶ Si vo contingat destructio appetitus propter colligantiam intestinorum vt dissinteria aut colica aut yliaca regantur primo dispositiones iste cum sibi proprijs dictis in locis proprijs suis vt. xvj. tertij. Si vo contingat destructio appetitus propter debilitatem virtutis cura eius apparebit per dicta plura etiam valentia ad stomachi cōfortationem vt triferas et alia vide a Mesue in quinto canone,

270

¶ Sequitur regimen bolismi.



Equitur regimē de bolismo q̄ ē appetit⁹ mēbroꝝ cū sacietate stomachi ⁊ cōphēdi pōt cū destructōe appetit⁹. Si ergo cōtingit bolism⁹ ꝓpter frigiditatē aeris ꝯtinētis. Pro isto regimine plures intētiones hn̄de sūt. Primo ad rerū nō naturaliū ordinē aerē cm̄ calidū ordinare debem⁹. Et p̄mo moderate calidū. deinde ordinate trāsire ad calidiorē ne subito occurrat aeri valde calido. Itē alioꝝ regimen ⁊ medicinaliū ipendat̄ ſm q̄ dictū est in destructiōe appetit⁹ siue regimīe eius ꝓueniēte a frigido. Si vero cōtingeret post appetitū caninū a flegmate acetoso cōtingentē. Considerādū in stomacho si aliūde cōmunicatū fuerit corrigat̄ mēbrū mandās. Deinde educatur flegma vomitu cū oximelle simplici⁹ ⁊ aqua decoctionis rafani. Aut pōt fieri hoc digestiuū. ℞. aque mēte aque absinthij sublimatarū. ana. ℥. ij. aque melise. ℥. iij. aromatizētur cū. ℥. j. ß. cinami. Deinde fiat sirup⁹ cū melle. Aut. ℞. cinami. ʒ. ij. gar. macis. zinzib. ana. ʒ. j. cōterant̄ debite ⁊ coquant̄ cū lb. j. aque ad ꝯsumptionē tertie ptis ⁊ cū zuccaro fiat sirup⁹ quē capiat in tribus vicibus vel quattuor. Deinde capiat. ʒ. j. aut minus ſm q̄ ꝯstabit inferi⁹ pil'aꝝ stomaticharū aut elephanginaꝝ de yera simplici Gal'i. vt educta materia regat̄ patiēs vt dictū est de regimīe bolismi ꝯtingētis a frigiditate siue in regimīe destructiōis appetit⁹ ꝓueniēt a frigiditate. ¶ Si ꝟo ꝯtingeret ꝓpter humores melācolicos vētosos vt aliq̄n apparet in quartana. p̄mo euacua illos cū ꝑtactis aut vomitu. Et siliter si sint grossi viscosi putridi. Si ꝟo cōtingeret sequendo appetitū caninū a febribus causatū rege hūc bolismū vt dictū in regimine destructiōis appetit⁹ ꝓueniētis a caliditate. Et si sit ibi materia dirige ⁊ euacua ipsam. Si ꝟo cōtingeret bolism⁹ ꝓpter debilitatē seu destructionē sensus oris sto-

machi: q2 mordicationē duoꝝ neruoꝝ ramoꝝ venientiū ad os stomachi vt ꝓhibeat̄ debita dilatatio spirituū aīalium ꝑ ramos neruoꝝ ad stomachū maxīe in febre tūc duplex generalis habet̄ intētio: scꝫ ad regēdū nō naturales res vt declinet aer ad frigidū ꝛ humidū leuit̄ tñ cū aspsionibus ꝛ alijs dictis sup regimīe acutoꝝ. Cibi silr̄ eligant̄ vt pulline carnes ꝛ alie siles note correcte cū lactucis aut endiuia aut silia. Cōuenit etiā gelatina facta cū extremitatib⁹ vt pedib⁹ edoꝝ aut agni aut castrati ꝛ vino dulci ꝛ modico agreste: ꝛ cū modico aceti vini dulcis. Itē cōueniūt oua sorbilia cū albumine aspsa zuccaro. Itē ex olerib⁹ ꝯueniūt spinachia. Itē lactuca cocta ꝛ silia declinātia ad frigidū ꝛ humidū. Alia ꝑte collige. ¶ Ex pte medicinaliū multiplex est habenda intētio pⁱma ad cerebrū infrigidādū ꝛ humectādū. Primo ex odoramētis vt odoret aquā viol̄. aut aquā decoctionis viol̄. aut oleū viol̄. Itē epithimet̄ frōs ꝛ timpora cū aqua sublimatiōis eoꝝ aut lactuce aut portulace ꝛ similib⁹. Itē fiat embroca hoc. ℞. viol̄. siccarū aut recentiū matrū viol̄. lactuce ana. M. j. ordei aut floꝝ camomille fiat decoctio ꝛ embrocetur tpe quo exponit se somno. ¶ Itē. ℞. olei viol̄. ʒ. j. lactis mulieris lactantis puellā. ʒ. iiij. aceti. ʒ. iij. misce sepius ꝯcutiēdo ꝛ leni timpora ꝛ frontē. ¶ Si ṽo ꝯtingeret bolismus ꝓpter debilitatē virtutis nō solū stomachi imo cōiter totius tunc multiplex intētio habēda est. Una ad cōfortationē cū odoramētis. Itē scđo cū cibis ꝛ potib⁹ stomacho ꝓportionatis. Itē cū cōfortantibus cor. Itē cū cōfortantibus epar. Quantū ad primū quia hic loquimur de bolismo in febre sint odoramēta ex reb⁹ cū aromaticitate frigidis. vnde docet Auicē. odorare lutū aluex ꝙ est lutum rubeū ꝙ habet quasi saporē aluminis. Item lutum armenū siue bolū armenū infusum aceto. Item cōuenit odor fructuū odoriferoꝝ maxīe citonioꝝ piroꝝ ꝛ pomoꝝ citri citranguli limonis melonis rosarū lambrusce. Itē aqua rosarū: aqua buglose. Itē existente caliditate ni-

bolismo

mia conueniunt odores magis frigidi vt aque neнufa-
⁊ camfore ⁊ cum aliꝫs aquis dictis ſuperius. ¶ Item in
iſto boliſmo et aliꝫs conuenit odor panis calidi infuſi
aqua roſ. vel viol. cum decoctione ſandalo. Item odor
pulli aſſi ⁊ aſperſi etiã odoriferũ de quibus dictum eſt.
Item cibi conuenientes ſunt contuſi pulli correcti cum
aqua roſea. vel agreſta vel vino citoniorũ vel ſimili vel
ſublimatum pulli aſperſum aque roſ. et ſandal. rub. et
lambruſce ⁊ aque endiuie. Item conueniunt oua ſorbi-
lia rupta in aqua ⁊ in illa cocta. Item teſticuli gallorũ.
¶ Item teſticuli iuuenis arietis conditi cuꝫ frigidis a-
cetoſ ⁊ cum leui aſperſione cinami aut garyo. aut condi
ti cum ſucco prepuciarũ vitis vel ſucco arancij. ¶ Item
conuenit panis coctus in brodio pulli correctus etiam
cum aliꝫs dictis excitantibus appetitum. Item conue-
niunt contuſa perdicum faſianorũ aut ſublimata con-
dita aut aromatizata vt eſt tactum. Item cõuenit ptiſa
na ordei cocta in brodio pulli magni vt iuuenis cappo
nis aut marcialis pulli biſcocti et preſſi inter duo inci-
ſoria vt humidũ membrale influat brodio. Deinde aſp-
ſi zuccharo vel manuſchriſti cuꝫ perlis vel diacorallis.
¶ Item conuenit vipa in bono vino aromatico albo et
limphato cum aqua cocta ⁊ ſimplici. Item conuenit ta-
le iulep. ℞. aque roſ. aque bugloſe ana. ℥. ij. ß. aromati-
zentur cum. ℈. j. ſandal. rub. ⁊. ℈. ß. corall. rubeo. ⁊ cum
ſmaragdi ſaphiri iacincti granate ana gra. j. ß. Deinde
poſt colaturam cum zuccharo albo fiat iulep de quo ca
piat. ʒ. iij. pvice cũ duplo aque cocte. ¶ Itẽ vngatur ſto-
machus ex iſta vnctione. ℞. olei roſ. olei citonior. ana
℥. j. lambruſce ſandalorũ rub. corallo. rub. ana. ℈. j. am-
bre carab. ana gra. iij. garyo. ʒ. j. ſete. ℈. j. puluerizãda pul
uerizentur et fiat vnctio aut cum modico cere fiat vn-
guentum molle. ¶ Poſſet etiam ex ſimilibus fieri ſaccu
lus aut cerotum. Iſta tamen tetigi ſuperius ⁊ tangam.
¶ Item conueniunt confectiones cordiales vt manuſ-
chriſti cum perlis cum aqua roſ. ⁊ aqua bugloſe. Item

dyacorallus. Item citrum conditum cum zuccharo. Itē pira condita aut citonia. ¶ Item pruna damascena si occurrerēt cōdita cū zuccharo more Damascenoꝝ. Itē pro epate conueniunt triasandali ⁊ diarodon. Itē pōt fieri diarodon. Item potest fieri confectio hec. ℞. sandallo. alb. ⁊ rub. ⁊ citri ana gra. iiij. corallo. ru. gra. vj. karabe ambre musci ana. gra. ij. conterātur omnia subtiliter ⁊ infundantur vino maluatico ⁊ aqua roſ. cum sufficiēti quātitate zucchari fiat hec confectio solida ⁊ ista que dicta sunt intelligātur in debilitate contingente a calore febris aut malicia materie calide. Si vero bolismus esset cum obtusione virtutis excitantis conueniūt fricationes vt manuum ⁊ pedum. Item fricatio cuꝫ manu circa stomachum. Item aspergatur cuꝫ aqua roſ. subito iniecta faciei. Item cum vnctionibus fiendis stomacho aromaticis ad calidum declinantibus ⁊ in pauco confricando adhibeatur regimen dictum per destructionem appetitus a frigido.

¶ Capitulum de nigredine lingue. cap. 29. 279



Egimē nigredinis lingue, que si cōtingat propter humorem melancolicum nigrum vaporantem vaporē nigrum ad linguam emissum a splene, corrigaꝫ modis ꝑhabitꝭ. Splen digerendo humorem colericum cuꝫ appropriatis sibi et euacuando, vt apparebit in regimine quartane. a splene

¶ Si vero contingat, vt est plurimum, propter humores adustos in stomacho existentes aut in venis stomacho appropinquātibus emittētes tandem vapores adustos aut quia partes eoꝝ stomacho mittuntur. primo colluat os ⁊ lingua lauetur cum aqua ordei aut zucchari ⁊ modicissimo aceti aut cum sirupi acetosi simplicis. ℥. j. quadruplo aque zuccharate. Deinde abstergatur cum panno aliqualiter aspero, aut modis dictꝭ superiꝰ ⁊ teneaꝫ a stoco

nigredo lingue

ab epate

sub lingua nucleus pruni aut ossa amariliū siue amari-
lia infusa Primo aq̄ tepide, vt est tactū aut iulep viol'.
Et si causa adustionis foret epar attendat epati. Et si
causa esset mala cōplexio calida sine materia, attendat
alterationi ex parte cibo⁊ ⁊ potuu⁊ dicto⁊ ⁊ epithima-
tum exteriorum Si vero sit mala complexio pendens a
colera, attēdatur digestiuo remissiuo caloris qualis est
sirupus acetosus simplex. vt. ℞. sirupi acetosi simplic⁊.
℥. j. ß. aque zuccari. aque endiuie ana. ℥. j. ß. sumat quinqȝ
vicibus. Deinde. ℞. folliculorum sene ℈. iiij. salgemme
zinziberis ana. ℈. ß. ⁊ infundat in aq̄ zucchari. Deīn
℞. reubarbari. ʒ. j. īfundat vino albo subtili aromatico.
Deinde dicta infusio post colaturā sene et reubarbari
īfundat aqua zuccari in qua dissolue māne cassie ℥. j. ß.
postea vtat cōfectione infrigidāte facta cū sandal' ⁊ a-
lijs de quib⁹ dictū fuit in precedēti capl'o. ¶ Conueniūt
etiam tria sandali. Si vero cōtigerit ꝑpter flāmā cordis
et materie⁊ q̄ sunt in venis ꝑpinquantib⁹ cordi, attēda-
tur alterationi cū cordialibus ꝓhibentibus adustionē
⁊ putrefactionē. Unde cōuenit iste sirup⁹. ℞. sirupi ace-
tositatis citri. ʒ. ij. aque ros. aq̄ viol'. aq̄ zuccari. ana. ℥. j.
Aut si nō habes istū sirupu⁊, vtere sirupo de limonibus
aut agresta aut de succo arantij aut de succo acetoselle:
¶ Itē potest fieri hoc iulep. ℞. aq̄ ros. aq̄ viol'. aque bu-
glose ana. ℥. ij. aque nenufar⁊. ℥. j. ß. aromatizent dicte
aq̄ cū sandal'. ru. corall'. ru. ℈. j. et cū grano. j. camfore.
Si nō abhorret illā. Aut cū saphiri iacincti an̄. grana
iij. deinde fac iulep cū zuccaro. Itē cōuenit iulep rosa.
nenufarin̄. Lactuce endiuie agreste ⁊ similiū. Ex cōfe-
ctionib⁹ cōueniūt manuschristi cū perlis diacorall'. Itē
ꝯuenit zuccarū ros. viol'. boraginatū buglosatū, de ace-
tosella, de lactuca. Itē ꝯuenit diazuccarata. Itē ꝯuenit
cōfectio de melone cōdito. Itē pira ⁊ alia poma cōdi-
ta. Fiant vero euacuationes cū hijs q̄ dicta sunt. aut cu⁊
mirabol'. citri. et indis. regimina alia obmitto. Atten-
datur alterationi stomachi cū exterioribus, vt unctio-

nibus tactis aut fomẽtationibus ex rosis et similibus. semper tenendo menti ne nimis infrigidemus. Menti tamẽ teneatur vt teneatur lingua quotidie humida. Et continue post cibum capiat vnum bolum coctanati de zuccaro sine speciebus. aut coriandri conditi. aut modicum panis infusi aque ros. aut agreste aut alicui succorum acetosorum prenominatorũ. Qualia tamen non naturalium rerum ex dictis super regimine acutaꝝ colligenda. Teneat et menti ne decubitus fiat super collum et ne ceruicalia et auricularia ꝛ culcitra fit nimis plumosa.

¶ Sequitur regimẽ appetitus canini.



Sequitur regimẽ appetitus canini: qui si cõtingat post euacuatiões ꝛ febres ꝑlixas resoluẽtes regẽd᷒erit patiẽs primo ꝑ res non naturales debitas aerem frigidũ aromaticũ vt dictũ est pluries: ꝛ ꝑ cibũ ꝛ potum facilis digestionis satꝫ nõ tñ ex toto ĩ fumuz transmutabiles. Unde ꝯueniũt gelatine facte ex grossiorib᷒ aut ex capreto ꝛ extremitatib᷒ animaliũ ꝛ maxĩe cõstãte virtute ꝛ caliditate potẽte ad transmutãdũ non faciliter mutabilia ĩ stomachis hũs mutarẽtur in fumũ. Uñ nec sublimatũ pulli aut perdicꝫ vl' fasiani nec oua sorbilia ĩ isto casu cõuenirẽt nisi alterata mẽbro ꝑ infrigidãtia stiptica: cõueĩt panis azimus aut modicissimum fermẽti ꝛ panis de pura simila. ¶ Item cõuenit vinũ nigrũ ꝛ aliqualiter stipticũ. Item cõueniũt pisces petrini aut bone aque conditi cum succis frigidis et stipticis et agresta citoniјs ꝛ similibus. Item nõ repleantur multũ nec inaniãt ꝛ supfluitates per sua loca expellant q̃ de aliјs rebus nõ naturalib᷒ dicendũ satis patet. ¶ Quantũ ad regimen si contingit. Primo post euacuationes attendat regimini euacuatiuo vt est tactũ. et eodẽ modo si per nimiã resolutionẽ febrium. ꝓmo enĩ cõuenit codegnata aut cõfectio de citro, diacorall', et similia tacta. ¶ Item zuccarum rosa.

buglosũz boraginatũ. Itẽ coriãdra cõfecta pira ⁊ cito nia vt est tactũ. Unctiones vero exteriores stomacho fiẽ de sunt ex oleo roſ. aut citonioꝝ aut mirti ⁊ aromatica frigida vt rosa aut lãbrusca ⁊ alia filia frigida poni pñt Itẽ odoret frigida de qb⁹ dictũ est. Si vero puenerit ex debilitate retẽtiue virtut; tã stomachi ꝙ alioꝝ mẽbroꝝ ꝯsidera cõplexionẽ debilitat; virtut; q̃ ſm plurimũ fri gida est vt colligit ex Auic. xiij. iij. tractatu. ij. in cura bolismi. ¶ Ad hãc g̃ corrigeñ. transi cũ calidis aromati cis tã cibis ꝙ potib⁹ ⁊ ꝙ alijs. Unde cõdiãtur cibaria cũ cinamo aut alio aromatico noto. Pot⁹ eñ sit vinũ ali qualiter nigrum. Panis autẽ bene fermẽtatus tempe ratus in sale ⁊ in furfure ⁊ vitella ouorũ ꝯueniũt aſpſa aromatico aliquo. Item conueniunt confectiones cali de tacte ſm frigoris intentionẽ ⁊ conueniunt resumpti ua ex cibis ⁊ potibus. Itẽ vnctiones calide tacte ⁊ sac culationes ⁊ fomentationes. ¶ Si vero sit debilitata cõ tentiua ꝓpter humiditatẽ vel aliã qualitatem attenda tur eius remotioni. Eodem modo si dicta mala comple xio esset cõmunicata toti aut penderet ex aliquo prin cipaliuz attendat remotioni illius attentio soli altera tioni si fuerit immaterialis: aut si fuerit materialis etiã euacuationi attendamus. ¶ Si vero cõtingat ꝓpter su perfluas vigilias ꝓuocetur somnus cum embrocationi bus extremitatũ de quib⁹ dictũ est in regimine inquie tudinis ⁊ vigiliarum ⁊ attendatur resumptioni ex parte cibi ⁊ potus vt carniũ pullinarum contusarũ aut debite elixatarũ. Itẽ ꝯueniũt castratine iuuenes. Itẽ vituline lactãtes maxie elixi lz eñ ꝯueniret pull⁹ paru⁹ leuit as sus ⁊ aſpſus aq̃ roſ. Cõueñiũt brodia ex ouis ꝯdita siue decocta: spinachia: boragines cũ carnib⁹. Itẽ panata cũ brodio pulli. Itẽ vina parũ rubea declinãtia ad dul ce. Itẽ oua sorbilia cũ albumie. Quies etiã ⁊ oĩa ĩducẽ tia gaudiũ ⁊ distillatio aq̃ in camera ad moduz pluuie. Itẽ strat⁹ camere cũ folijs salicũ aut viol'. aut nenufar; ¶ Itẽ ꝯueniũt ex medicinalib⁹ sirup⁹ viol'. a ut sirup⁹ de

papauere vel ei⁹ iulep. sirup⁹ de nenufar. ¶ Ex ꝯfectio
nibus diazuccharatū manuschristi cū perlis ꝛ siue plis
Itē zuccharū viol. ꝛ boraginatū. videat tn̄ bene que sit
causa vigiliarū ꝛ illi intendat intentio. Si vero contin-
gat fames caliditate oris stomachi quā tangit Auicē.
xiij. iij. in causis appetit⁹ canini lʒ Serapio. iij. sui bre-
uiarij videat dicere oppositū. Credo tn̄ posse causari ap
petitus canin⁹. Si etiā fortes euacuationes aut vigilie
aut caliditates totius possunt causare appetitū caninū
vt oēs tenēt. similiter poterit caliditat resoluēdo lʒ de
beret esse caliditas quodāmodo intēsa. Nam caliditas
remissa est liquatiua magis ꝙ laxatiua ꝛ rarefactiua
oris stomachi ꝓsternit appetitū. ꝛ qꝛ ſm plurimū cali-
ditat stomachi est etiā hmōi. volebat etiā Serapio ꝙ
caliditas faciens appetitū caninū est in reliquo corpe
ꝛ nō in ore stomachi. Et cuius lr̄a dicit ita. Et hec calidi
tas nō est in ore stomachi imo in reliq̊ corpe ꝙ est qꝛ se
quit appetitū ꝙ̄ accidit ex malicia cōplexionis frigide
in stōacho. Si ḡ ita cōtingat regat ꝑmo p res nō natu
rales vt aerē frigidū ordinatū vt dictū est. ¶ Itē p pot⁹
ꝛ cibos frigidos vt breuiter tangat fiat regimē aliorū
vt in appetitu canino sequēte vt dictū est caliditatē in
stomacho. Itē ex pte medicinaliū mag vt odoramētoꝝ
frigidoꝝ. Itē ex pte cordialiū frigidoꝝ. Itē si epar ap-
paret in cā ēt epati attēdat īfrigidādo ipʒ ꝛ fiāt vnctio
nes stomacho ꝛ alia predicta in appetitu canino. ¶ Si
vero cōtingat expgere ꝓficiscētibus in frigore ꝑmo re-
gant nō naturalia. Sit igit ꝑmo aer tēperate calid⁹ ꝛ
in passiuis quasi medius: deinde gradatim ad calidio-
rem trāseat. ¶ Cibi sint vnctuosi vt brodiū pingui cap-
ponis aromatizatum pipere aut cimino aut alio simili
calido. Aut carnes castratine valde pingues aut deco
ctio baucie cum carnibus valde pinguibus. Aut deco-
ctio petrof vel raparum vel naponum vel nauonum.
Itē oua frixa in oleo aut aqua. Deinde facta vnctuosa
cum oleo oliuarum maturarum vel butyro vel panata

brodij pinguis cū pipere trito. ¶ Item cōuenit potus vini dulcis copiosus aut acuti potētis aut claretū ex vino dulci factū cum ampliori pipere ꝗ̄ cinamo. aut aq̄ mellis cū pipere. ¶ Itē ꝯuenit eductio supfluitatū cum clistere ꝑme eductiōis. Itē repleat cibo ꝛ potu fastidiātibus aut vnctuosis. ¶ Itē cōueniūt fricatiōes extremorum ꝛ regionis stomachi cū pāno ꝛ toti⁹ corꝑis. Itē cōuenit somn⁹ moderat⁹. Accidētia aīe cōueniūt diuertētia ab appetitu. ¶ Si ꝟo tenetur propter flegma frigidum sua frigiditate faciēs appetitū caninū regatur patiēs ꝑ nō naturalia vt dictū est. Deinde trāseat ad euacuādmu flegma vomitu cum aqua decoctiōis rafani vł semie sinapis aut cū decoctione agarici. vt. ℞. aq̄ mell' ℥. iiij. agarici. ℥. ß. zinzibe. salisgēme ana. gra. iiij. trita buliāt in dicta aqua mellis ꝛ infusa maneāt duab⁹ horis. Deinde colātur ꝛ hoc totū tepidū cito deglutiēdo sumat. Aut digerat materia sic. ℞. piretri. ʒ. ij. cinami. ʒ. j. ß. piꝑis. ʒ. ß. fiat decoctio in aqua q̄ sit. ℥. vj. ad cōsumptionē tertie ꝑtis. deinde colet ꝛ sirupizet cum modico zuccari. Et ꝑ quolibet die capiat. ʒ. j. tm̄ vsq; ad quinq; dies. Postea recipiat. ʒ. j. pillularū de yerapigra simplici Gali. infusa decoctione agarici vigoratis cū salisgēma ꝛ zinzib. Post euacuatiōez ꝯueniūt in appetitu canino a frigore exteriori ꝛ a frigore ꝑpter flegma post euacuationē ꝛ silia. ¶ Ex cōfectionibus calidis q̄ tacta fuere in dyatritonpipereō: dyacinamomū: dyamuscū: dyacalamētū. dyābra. ꝛ similia. ¶ Itez vtrobiq; cōuenit antiqua tiriaca exhibita cū vino potēti. Aut stante valde magna vehemētia frigoris posset dari. ʒ. j. tiriace antique cū. ℥. ij. aque vite. ¶ Item exterius cōueniūt silia et calefactiones stomachi cū epithimatibus aut fomētationib⁹ vt. ℞. piꝑis nigri. ʒ. iij. piꝑis longi. ℥. j. ß. galāge costi ana. ʒ. j. gar. ℈. iiij. fiat decoctio in vino albo acuto Deinde cape pānū albū lineū aut filtrū ꝛ infunde huic decoctioni valde calide. deinde post aliqualē expressionem applica stomacho aut infunde cōsimilē decoctio-

nem in vase vitreo aut eneo. Deinde applica stomacho Deinde cape tiriacā antiquā ⁊ misce cū aqua vite ⁊ ita applica: aut cuȝ aqua simplici actu calida ⁊ lini bñ os stomachi ⁊ stomachū totū. Aut fac sacculū aut cerotuȝ ex similibus. Memora tamē ex dictis ꝙ si appetit⁹ caninus contingat ꝑpter flegma frigidum an sit in stomacho cōgestū. ⁊ fac vt dictū est. vel si defluxerit ⁊ tūc meliora mēbrū mittēs. ¶ Si vero contingat ꝑpter flegma acetosum. hic etiam vide an sit cōgestuȝ vel influat vel influxerit ⁊ tūc meliora mēbrū mittēs euacuādo similit̄ ⁊ cōfortando mēbrū ne generet talē humorem. Deinde attendat̄ humori defluxo aut cōgesto euacuādo ipsuȝ vomitu cū his que dicta sunt. Aut digestiuū tactū fiat. ℞. origani calamēti ana. M. j. sinapis piretri ana. ʒ. ij squille sufficiēter exiccate. ʒ. j. fac decoctionem in lib. j. aque vsqȝ ad consumptionē medietatis. deinde cola ⁊ aromatiza cū triūpiperum: deinde cola ⁊ sirupiza cum melle spumato. Post in potu tribue. ℥. ij. cum. ℥. iij. aque mellis aut decoctionis galāge. Post euacua assumpto sirupo quinquies cum prehabito euacuāte. ℞. turbith agarici ana. ʒ. j. zinzib. ℈. ij. salisgēme. ℈. semis pulneris yerepi. ʒ. j. pulueri zentur omnia subtiliter ⁊ cum succo cepe fiant pill'e quarum dandarū post exiccationē dos' sit a. ℈. ij. vsqȝ ad. v. deinde fiant vnctiones siue linimenta ⁊ alia exteriora vt nunc dictum est. ¶ Item similiter cōuenit tiriaca interius assumpta aut metridatū. ¶ Item confectiones calide tacte. Item cinamū conditum garȝ. conditi. cum zuccaro cōueniūt. Cibaria calida vnctuosa. Item acuta incisiua vt sinapis cepe capparis bene mature elixe ⁊ debite salite asꝑse vino acuto potenti aut illi infuse ꝯuenit modicū saliti piscis aut carnis. Item conuenit panis bene fermētatus ꝑlus cōmuni salitus aliqualiter furfuraceus. Conuenit vinuȝ acutum potens copiose bibitum. Carnes etiā vnctuose conueniunt aromatizate vt est dictum. Item conuenit brodium caulium leuis coctionis cum carnib⁹ vnctuos'

et similit decoctio petrot. Itē sparagi elixi ꝛ sale aspsi
et infusi vino acuto potenti loco aceti et licȝ īcidat ace
tum tamen qꝛ stipticū habens et irritans ad appetitū
et ita euitetur omne acetosum. ¶ Si xͦo appetitus ca-
ninus ꝑpter melancoliā a splene infusam stomacho cō
tingat si apparuerit repletio splenis non solum ex me-
lancolico humore: sed cū peccauerit sanguis, conuenit
flobotomia basilice sinistre, et attēdatur digestioni me
lancolici humoris cū sirupo de epithimo. Aut fac siru-
pum hūc. ℞. scolopendrie. M. ß. corticis tamarisci cor
ticis radicū capparis ana. ʒ. iij. fiat decoctio in. ℥. x. aq̄
ad consumptionem medietatis. deinde post colaturaȝ
cum melle fiat sirupus. Cuius pro vice capiat. ʒ. iij. cuȝ
℥. j. aque buglose. Deinde euacuetur cum pillulis de epi
thimo: aut cum infusione mirabolanorum indorum et
agarici vt. ℞. mirabol. indorum. ℈. iiij. agarici. ʒ. ß. spi-
ce salisgemme ana. ℈. ß. et infundātur in aqua mellis
decoctionis scolopendrie in quo dissolue manna. ℥. j. ß.
et in potu tribue. Et post clistere lauatiuum in die secū-
do aut tertio a medicina da in potu. ʒ. j. tiriace antique
cum vino odorifero subtili acuto ꝛ aque buglose aā. ℥. j.
aut. ℥. j. ß. ¶ Si xͦo contingat propter vermes, exhibe-
antur amara per os et pro nunc solum punctualiter di
cenduȝ cōueniūt yerepigre. ʒ. ij. cum aqua decoctionis
aut sublimationis graminis vel cum aqua decoctionis
cornu cerui. Et vide multa alia. xvj. iij. tractatu quinto.
¶ Clistere tamen vsuale, quod fieri potest in febribus
et lacte asine et aqua sublimationis graminis. ¶ Item
stomacho et vētri potest fieri inunctio. ℞. olei rot. ʒ. ij.
aloes subtilissime triti. ʒ. ij. misce et perforetur pomum
aranceū ꝛ per foramē iniciatur hoc totum et sub cine-
ribus calidis elixetur: deinde subtilissime comprimat
et ex isto tota fiat inunctio. ¶ Si xͦo contingat appeti-
tus caninus cōiunct⁹ solutioni ventris vt cause. ex par
te non naturalium rerum impendatur regimen, vt ta-
ctum est. attendendo tamen potui ne sit vinum extremi

saporis. Nam in isto casu reprobat vinum Auicenna xiij. tertij. intelligēdo vt non sit extremi saporis in acuitate aut stipticitate ad dulcedinez scilicet coloris vigoris et saporis et alijs. Et ita oportet mediari cibaria. ¶ In cura tamen magis appetus canini transeuntia aut euacuationes vt vinum altero fuerit intensius et ꝑm ꝙ vinum fuerit causa aut magis debilitauerit virtutem. Et si vtraqꝫ equiparia fuerint medientur omnia inter stipticum et vnctuosum et ita intrinsecus applicanda vt inunctiones et similia: eodem modo medient et ita confectiones et alia. ¶ Si ꝟo appetitui canino coniungatur sincopis illi vt infestationi impendatur regimen cum fricationibus et aspersionibus faciei cum aqua rosarum et similibus. ¶ Item cum confectionibus cordialibus vt plurimum calidis. Videatur tamen causa appetitus canini causa similiter sincopis Et si vtriusqꝫ causa fuerit resolutio, impendatur regimen, vt est tactum. Et si ex nimia afflictione appetitiue sincopis contingeret, ciba cū proportionatis rebus cōmunis appetitus.

¶ Sequitur regimen constrictionis anhelitus.

Sequitur regimen constrictionis anhelitus cuius Auicennna ꝑma q̄rti triplicem tangit causam scꝫ aut propter spasmum et siccitatem contingentem lacertis pectoris siue anhelitus. Secundam causam tangit, vt materiam prefocatiuā descendentem a superioribus ad guttur ⁊ partes illas. ¶ Tertiam causam tangit propter debilitatem virtutis contingentem in neruis anhelitus. ¶ Quartam causaz prout proposito pertinet est multitudo fumorum eleuatorum ab humoribus qui sunt in venis appropinquantibus cordi, ⁊ hee cause sufficienter in proposito latius vide. Istā materiā vide. iiij. ij. tractatu ꝑmo. capitulo de strictione anhelitus. ¶ Regimen autem constrictio

hanelitus strictum

nis anhelitus p primā causam filr est diuidendū in mē
surā rerū nō naturaliū. Primo vt eligatur aer ad frigi
dū declinās et humidū gradatī tamē ꝛ ordinatī q ordi
net et stratū in estate vt dictū est in regimine acutaruz
vt sit mansio ꝓpe aquas: sternat etiā carmea frōdibus
salicū asꝑsis aqua frigida. ¶ Itē cibi sint facilis dige
stionis ꝛ resumptiui vt cōtusa et sublimata pulloꝝ aut
capponū iuuenū. aut pullaꝝ aut sublimata eoꝝ aut aq̄
carnis siue succis factis post cōpressionē pulli aut cap
ponis assati. deinde cōditi cū succo granatoꝝ dulcium
aut pomoꝝ dulciū aut alioꝝ aromaticoꝝ aut leuiter as
setur pullus et continue aspergat aqua sublimationis
viol. Deinde coct⁹ dismēbret ꝛ condiat cū zuccaro aut
aqua ros. aut cū succo arātij dulcis aut granati dulcis
aut dicti pomi dulcis. ¶ Itē cōueniūt condimēta ex la
cte amigdalino ꝛ aqua pulli aut cōtuso pulli et zucca
ro correcto pullo dū coq̄tur cū lactucis. ¶ Itē cōueniūt
pultes farine ordei et aqua decoctionis et exꝓssionis
carniū pulli. Itē cōueniunt oua sorbilia ꝛ vitella ꝛ al
bumina tremētia lacteo. Itē conueniūt pisces petrini
elixi aut leniter frixi ꝛ butiro deinde ꝯditi ꝛ cū vino gra
natorū dulciū aut arācijs dulcib⁹. ¶ Ex oleribus cōueni
unt lactuce aliqualiter elixe. spinachia cocta cū carni
bus ad modū cucurbite. ¶ Ex fructibus cōueniūt pruna
bene matura bene dulcia ꝛ infusa aq̄ cocte frigide. Ce
resa tamē matura in aqua calida seu tepida deinde po
sita in frigida. ¶ Cōuenit panis de pura simila nō sali
tus ꝛ cōi aliquātulū minus fermētatus ꝛ bene pinsat⁹.
Itē in sue farine tēperatione aq̄ aliquantulū plus reci
piens sit moderate ꝛ non violēter coctus. Huic etiam
ꝯueniunt gelatine vsuali modo: excepto tn̄ q̄ declinēt
ad dulce in ꝓposito pauce acetositatis immo ad dulce
dinē declinans ex tribianisoꝝ dulcis ꝛ bene maturorū
ꝛ illi⁹ loco īpositovini granatoꝝ dulciū aut succo pomo
rū dulciū aut si affert tps cerosoꝝ dulciū ꝛ bn̄ maturorū.
¶ Ad aliud educant supfluitates p ꝓprias effluxiones

nec repleat cibo vel potu. sed paulatim sumat eodem. Somnus sit cõmuni ãplior. Quietē queret aīe ⁊ corporis gaudio et delicijs. Et de coytu non expedit dicere. Mēsura scdꝫ iquātum regimē dictū sepat pmo ex parte iulep in quo casu cōuenit iulep viol. Itē iulep sublimationis lactucarꝫ. Itē sublimationis portulace et plimum similiū. Itē iulep ros. licꝫ modicum habeat de stiptico. Itē syrupꝰ viol. zuccarū viol ⁊ similia q per tevide. ¶ Et confectionibus ꝯuenit dyazuccaratū. aut pepo cōditus aut pruna condita cū zuccaro albo aut pira citonia multū matura ⁊ dulcia. Itē manuschristi cū perlis aut sine ipsis cōfectis cū aqua violarꝫ. Itē cōuēit marciapan sine calce siue coaglm zuccari cū oleo viol. Itē cōueniunt masticationes melonis indi ī aqua frigida decocti leniter tamē. Itē angurie: cucumeres. Iteꝫ anhelatio facta sup aquas decoctionis aut sublimatiōis viol. Similit odoratio viol. vl nenufarꝫ vl salicū vl rosarꝫ. Itē linitio capitis cū oleo violarꝫ. vt. ℞. olei viol. ℥. j. ß. aq sublimationis lactucarum aut portulace ⁊ epithima frontem et tympora. Aut cape lac asininum aut muliebre ⁊ misce cū aqua viol. aut oleo viol. ¶ Item stomaco fiant inunctiones ex oleo rosarꝫ aut oleo citoniorum vel simile. Itē cōueniūt ꝯfectiones humectātes et infrigidātes vt dyazuccarū ⁊ similia etiā cōuēit zuccarū violarꝫ iulep violarꝫ manuschristi cuꝫ perlis. Si vo cōtingat cōstrictio anhelitus ppter defluxū humorꝫ a capite attēdat ad euacuādum caput ⁊ cōfortādum ⁊ deriuādum materiam ad nares. Itē fiant fricationes cū diuersionibus ⁊ cum clisteribus lauatiuis primo: deinde atteritis in quibus ponat yerapigra ac agaricuꝫ vt tactū est. Item ponātur vētose circa nates. Iteꝫ in principio fiat gargarismus cum repellentibus materiam a gutture vt cū dyamoron. Item cum aqua zuccari ⁊ modico aceti ⁊ cū alijs similibus suo loco videndis. Si vo ꝯtigerit ppter neruorꝫ debilitatē veniētiū ad mēbra anhelitus qꝛ hec debilitas matie cōtigit ppt caliditatē ⁊

Anhelitus strictura

siccitatē, attendat correctioni cōplexionis cerebri cū ī frigidātibus & humectantib⁹ sup̄ tactis. Itē cū iunctione colli & triplo olei viol. & simplo pinguedinis galline recētis lote in aq̄ salicis. Auic. ℞. olei viol. amigdalarum dulciū mucillaginis psillij ana. ʒ. ij. agitat invicē et lauent cū aq̄ frigida & postea liniat collū. Itē stomacho fiant fomētationes ex aqua decoctionis salicū et ros. Itē fiat inūctio ex oleo viol. & ros. mixt. Aut ex Auic. ℞. ros. corticū cucurbite recentiū. ʒ. ij. portulace. ʒ. j. ß. sandalorum ru. ʒ. j. olei ros. ʒ. ij. cere albe quantum sufficit fiat vnguentū molle. Itē per os cōueniūt tacta in regimine p̄me cause. ¶ Si vero cōtingat constrictio anhelit⁹ propter fumos (vt tactū est) eleuatos a sanguine multo ad cor & pectoralia, flobotomat de basilica sinistra aut extrahat de sanguine s̄m tenorem virtutis & attēdat alteratiōi sāguis cū frigidis. ¶ Cordi etiā fiant epithimata frigida post euacuationē ne recipiat materias. ¶ Si vero fiant p̄pt̄ abundātiā vētositatis, cōsidera an cōicet cordi, & corrige mēbrū mittēs. Et semp cōsidera an solita euacuatio sensibilis vel insensibilis sit restricta. Et si emiserit stomachus euacuet a materia humorali. dein de adhibeant carminātia vētositates. vt anisū confectum, feniculi, carui, anetū, ameos, ciminū, gariofilū, calamenti aromatici, galāga, cinamomū, et confectiones facte ex hijs. ¶ Itē inunctiones exteriores cum oleo de spica vel mastice. Item oleū rutaceū conuenit. ¶ Si vero vētositas fuerit circa cor, cōuenit oleū liliorū alborum cum croco. Aut. ℞. olei aneti. ʒ. j. ß. spice. ℈. j. croci. ℈. ß. musci ambre. an̄. g̃. iij. galāge gar. ana. ℈. ß. misce oīa p̄ter ambrā et muscū & subtiliter pulueriza & cū modico cere fiat vnguentū molle. Circa finē decoctionis iā refrigerate adde ambrā & muscū tritos & vnge in regione cordis. Et in isto casu cōuenit diamuscū dulce, et tiriaca, & metridatum. Et si stante paroxismo fe. aut exacerbatione propter vehementissimū cauma et fumos valde acutos conuenit ista cōstrictio, vt aliquotiens vidi tribne-

Marginal notes (manuscript): a fumis ad cor; a ventositate; In paroxismo

re in potu in francia cordialia, vt aquã simplicẽ ro. aut iulep roſ. aut aquã frigidam infuſionis zuccari ro. medij inter antiquũ ⁊ nouum, vt aquaꝝ ſublimationes violaꝝ. aut iulep. viol̕. vel aquã frigidã infuſionis zuccari viol̕. aut ſirupũ viol̕. Itẽ daꝛ de aqua nenuꝼ. ſtante vehemẽti caliditate. Itẽ cõuenit aqua boraginis. Item fieri poteſt hoc iulep. ℞. aq̄ ſublimationis viol̕. ſublimationis nenufa. ſublimationis roſ. rub. et ſublimationis endiuie añ. ℥. j. camfore ſubtiliſſime trite. grana. iij. ſandolorũ. ℈. j. aromatizenꝛ dicte aque et hijs duobus deinde cũ zuccaro albo fiat iulep. Conuenit etiam iſto caſu ſirupus acetoſitatis citri cũ aqua frigida cõuenit regimẽ aliarũ reꝝ ad frigidũ ⁊ humidũ declinans.

¶ Capitulum de vehementia triſticie.



Equiꝛ regimẽ vehemẽtis triſtitie ⁊ anguſtie eoꝝ q̄ noĩari pñt ꝯturbatio anxietatꝫ ſtõachi de q̄ deꝼminat Auic. xiij. iij. trac. v. ⁊ hoc dũ vult q̄nqꝫ multiplicari triſtabile ꝓpꝛ anguſtiãtẽ humorẽ os ſtõachi ⁊ maxime colerã q̄ hꝫ mordicare, ĩ q̊ etiam ad duo videndũ ꝑncipaliter. ꝑmo ſuꝑ menſurando res nõ naturales vt declinent ad frigidum et humidum et minime multiplicent coleram. Unde ei conueniunt cibaria condita cuꝫ acetoſ. Puto etiam acetoſorum ſiruporũ factorũ cum agreſta ⁊ ſimilib⁹ pluries dictis. Itẽ ex carnibus ⁊ alijs fiat vt tactum eſt multotiens. Quantum ꝟo ad ſcd̃m ſi colera mordicans affluxerit ab epate in ſtomachum aut ciſtifell̕. q̄ plurimum eſt, attẽdaꝛ meliorat ĩõe epatis aut ciſtifell̕. et euacuantib⁹ precedente digeſtione. deinde attendaꝛ alterantibus epar ĩterioꝛib⁹ ⁊ exterioꝛib⁹, vt pluries dictũ eſt. Deinde attẽdatur ſtomacho vt euacuatiões humorẽ mordicantem. Poſt attendaꝛ infrigidãtib⁹, vt vino granatoꝝ ⁊ ſil̕iuꝫ. Et ſi ꝑcipue ĩ paroxiſmo aut exacerbatione contingit, ante aduentum paroxiſmi per duas horas detur mica panis de pura ſimila tritici loti cuꝫ aqua frigida aut cũ exꝑſ-

fione ⁊ poſt lauaturã cũ vino granatorũ muzorũ aut aceto aut ſucco arancij ⁊ ſimiliũ. Et inſtante paroxiſmo prouocetur vomitus cum aqua ordei ⁊ ſirupo acetoſo ſimplici tepido. Item poſt vt vſus finẽ ſtatus aut ante valde inualeſcente ſiti vt non tolleret cõuenit aqua ordei zuccharata cum ſucco arancij aut aliorum dictorũ ſuccorum vel viol. ſimiliter preparatarũ. Item mundificet ſtomachus in die quietis cum linitiuo facto ex mãna ⁊ decoctione prunorũ aut lupuli. vt ℞. mãne. ℥. j. ß. diſſoluantur in dictis decoctionibus: ⁊ adde reubarbari. ℥. j. ſpice. ℈. ß. infundant cum vino ⁊ miſceantur cum dicta mãna ⁊ in potu ſba detur poſt leniſſimaʒ colaturã. Aut ſi vis leuius facere infunde. ℈. iiij. reubarbari. Aut ſi pceſſiſſent euacuationes alie et iam materia eſſet complete digeſta ⁊ partim euacuata ⁊ peteres quodãmodo confortationẽ ſtomachi ⁊ remiſſionẽ raritatis texture conueniret infuſio mirabol. citrinorũ. Iteʒ ex parte nõ naturaliũ rerum que cõueniunt ſatis patere põt: de exterioribus tamẽ cõuenit rectificatio aeris modo dicto in regimine acutarũ. Item odoramẽta rerũ frigidarũ aromaticarũ vt roſ. nenufar. ſalicũ viol. pomorũ citoniorũ: pirorũ ⁊ ſimilium. Iteʒ conueniunt inunctiones ſtomachi factas ex oleis frigidis vt roſ. citoniorũ nenufar. viol. vbi expediret ĩmo in caſu vehemẽtiſſimi caumat conuenit oleum camphoratum. Cõmendat etiam Auicen. cliſteria infrigidãtia. vt. ℞. aque cucurbite citrulorum ana. ℥. ij. ſucci portulace ſucci ſemperuiue ana ℥. j. olei roſ. ℥. ij. Vel ſi vis. ℞. aque ſublimationis viol. aque roſ. ana. ℥. ij. aque nenufar. aque ſalicum ana. ℥. j. olei roſ. viol. ana. ℥. j. ß. albuminis oui crudi. ℥. j. fiat cliſtere. Aut. ℞. matrum viola. viola. florum lactucarum ana. M. j. ſemperuiue. M. ſemis fiat decoctio in qua poſt colaturam. ℞. olei roſ. viol. ana. ℥. j. ſemis. Alia pte vide.

¶ Capitulũ de difficultate deglutiẽdi.


Equitur regimen difficultatis deglutiendi que si contingit propter malam complexionem calidam et siccam sine materia transeat ad alterantia et lenientia. et primo vt tactum est ponatur regimen non naturalium rerum vt aer declinet ad frigidum et humidum. Cibi vero sint ptizana ordei in brodio pulli aut lac amigdalarum dulcium cum emulsione seminum comunium: aut cum emulsione pauci papaueris aut cum decoctione spinachie cum pullo. Item lactuce vel portulace. Item contusum pulli alteratum per lactucas aut cucurbitas vel peponem et similia. Item panata siue panis infusio in brodio pulli aut aliarum carnium domesticalium magis. Item conuenit gelatina posito vino granatorum dulcium loco aceti. Item conueniunt pisces elixi. Item oua sorbilia trementia. Item panis de simula pura minime salitus. Item vinum dulce limphatum aut parum limphatum cum aqua zucchari. Item aqua ordei cum zuccharo. Ex fructibus conueniunt pruna bene matura: cerasa bene matura. Quantum ad istud vitetur nimia repletio vel inanitio, nec tolleret sitim, nec famem, vnde frequenter colluat os et gargarizet cum aqua ordei vel zuccharata. Ad illud conuenit gaudium somnus et leticia. ¶ Quantum ad medicinalia primo sumenda per os conuenit iulep viol. et eius sirupus et zuccharum viol. cum aqua decoctionis viol. aut sublimationis earum. Similiter iulep ros. infusionis zucchari ros. Item sirupus ros. aque infusionis zucchari ros. medij inter antiquum et nouum. Item decoctio iuiubarum. Item sebesten prunorum maturorum bene aut cerasorum bene maturorum. Item dyazuccharatum. Item pepo conditum. Item aque angurie cum zuccharo. Item iulep eius aut iulep lactucarum endiuie vel portulace vel nenufaris. vel si esset magna flamma iulep semperuiue aut iulep spinachie. Item conuenit sirupus succi granatorum valde dulcium aut cerasorum aut prunorum valde dulcium et maturorum. Item in ore teneat que dicta sunt. Item iulep viol. et similia dicta. ¶ Inferius potest fieri clistere tactum in regimine anxietatis stomachi.

deglutio

Exterius vero in medio colli trahẽdo sursum et deorsum ad mediũ spatularũ fiat inunctio cũ oleo viol. loto cum aqua sublimationis viol. aut lini cũ succo lactucarum aut salicũ aut cũ aqua sublimationis harũ rerũ aut aqs decoctionis. Itẽ odoret aquã nenufar. aut viol. aut similiũ. Itẽ aspiciat cã huius male cõplexionis principaliter, et si mẽbrũ aliqd cõicat illi impendat regimẽ. Itẽ nõ alio repugnãte epithima cor et epar, vt est tactũ s. in regie acutarũ. ¶ Si vero fuerit mala cõplexio cum materia, attẽdat eductioni et fiat lenificatio cũ cassia aut mãna aut decoctione prunor aut violarũ aut passularum. ¶ Si vero esset mala cõplexio sicca tñ attẽdat humectãtibus tactis eligẽdo minus frigida. ¶ Si vero cã fuerit nimia repletio sanguinis, tũc educ pmo feces cũ clisteri lenitiuo: post flobotomia de vena cõi vel basilica dextre partis sm q repletio fuerit maior vel minor et sm q intendis magis vel min⁹ diuertere. Deinde adhibeat regimẽ nõ naturaliũ rerũ, vt aeris et alior. Sint tñ cibi pauci nutrimẽti, vt ptisana ordei cocta in aqua cũ modico zucchari aut in aqua pulli nõ pinguis. Itẽ potet aquã ordei cũ zuccharo aut limphatissimũ vinũ: et alia per te vide. ¶ Ex parte medicinaliũ post flobothomiã cõueniũt vẽtose sup natibus posite. Post ventosas sup finẽ colli medio cõueniũt fricationes fortes extremor. Itẽ frequẽtes solutiones vẽtris cũ clisteri vel suppositorio. Conueniunt gargarismata saltim in principio et post euacuationes cum modicissimo aceti cũ aqua zucchari, aut dyamoron: aut aliis pcipiendis locis suis. ¶ Si vero contingerit, pp̃ter malã complexionem humidã remollientẽ, tunc preeuacuata materia attendatur siccantibus aromatib⁹ stipticis. Unde conuenit decoctio zinzib. vel cinami aut thuris, lz non sit domesticum. conuenit iulep rob. aromatizatum cũ cinamo vel simili. Potest fieri inunctio cum bdellio et oleo masticino vt de spica. Item mensurantur non naturalia et declinent ad siccum et cibi similiter ponendo aliquid de puluere cina

mi vel anisi garꝫ. ⁊ zinzib. ¶ Potus sit vinū rubeū aliq̄liter stipticū. Si vero contingat constrictio ꝑpter malā complexionē frigidā, mensurētur similiter non naturalia vt ad calidum declinent per te ex prehabitis collige ⁊ exteriora applicando etiaꝫ locis dictis sup̄ ⁊ etiā ori stomachi, quia ſm plurimuꝫ sequit̄ in pluribus materia in sua cōplexione cōplexionē oris stomachi. Si vero cōtingat cōstrictio ꝑpter apostema oris gutturꝫ aut meri, regimē earū sume ex locis ꝓprijs vt. ix. iij. ⁊. xiij. iij.

¶ Capitulū de frigiditate extremitatū.

SEquit̄ regimē vltimi accidētꝫ, q̄ est frigoris extremitatū ſm Auic. ꝓfundatio caloꝛꝫ, ⁊ attende ad caput vel ad loca appostematis aut dolore de frigiditate cōtingēte in principijs paroxismoꝝ dictū est. Si ergo ꝯtingeret extremorum frigiditas et profundatio caloris ꝑpter multā materiā opprimere spiritus ⁊ impedire eorū expansionem, attendat̄ primo euacuationi cōi tacte sup capitulo de cura putridarū in generali. Deinde fiat minoratio ꝓpria ꝑ flobothomiā vel farmaciā, vt iudicat repletio. Deinde obstruent̄ pori cū fricationib⁹ factis cuꝫ vino albo subtili aut cū decoctiōe melliloti aut maiorane vel ysopi. Et fiant sepe fricationes nō repleto vētre. Et deductis superfluitatibus per ꝓpria loca. Itē adhibeant̄ digestiua ⁊ euacuātia ꝓpria ſm materias peccātes que omnia inferius patebūt. ¶ Item ponātur extremitates ⁊ pedes ⁊ crura vsq̄ ad media coxarum ⁊ manus ⁊ brachia in aqua decoctionis dicte. ¶ Item si retente forent alique solite euacuationes, isto aperiatur: ⁊ si non esset apertionis modus per aliam equipollentem regionem, euacuentur maxime tamen fricentur inferiora, vt coxe ⁊ crura, ⁊ ponantur ventose super natibus sine scarificatione aut scarificando, si indicauerit scarificatiōeꝫ timor aut aliud signū. Si vero ꝯtigerit submersio caloꝛꝫ ꝑpter apostema magnū itrinsecū staticū

maxime vt ventosa ad se trahēs regat regiē approbat; al's apostemat; illi⁹ p fricatiões euacuatiões ⁊ alia. Deinde fiant fricationes et positiones extremorum ad aquā calidā ⁊ ventositiões in natibus. ¶ Si vo contingat pfundatio caloris a paucitate spirituū et sanguis attendatur refectioni virtutis in febribus cū refouentibus virtutem cibalibus et medicinalibus et aliis nō naturalibus reb⁹ a quibus inchoandū est. Unde aerē habeat in actiuis et passiuis temperatū ⁊ in passiuis aromatizatū rebus odoriferis vt pomis piris corticib⁹ citri aut citranguli aut limonū aut arācij vel frondibus iuniperi aut expressionibus aquaꝝ tactis sup ca. regiminis acutaꝝ. ¶ Cibi sint leues ad digerendū resūptiui tacti pluries vt contusū pulli siue capponis vel perdicis vel fasiani vel coturnicis vel sublimatū horū aromatizatoꝝ cū cinamo ⁊ aliis aromaticis cordialibus. Et si non abhorret muscū vel ambrā siue muscatū sublimatum vel ambratum vel gariofilatum. aut decoctio carnium post vehementissimam coctionem inter duo incisoria expressarum aromatizatarum cum aliquo dictorum aromatū aut misceatur modicū vini boni odoriferi saluiati dicte decoctioni. ¶ Item aqua capponis assati taliter aromatizata cum modico vini assumpta: aut aqua carnium vitelli lactantis et similiter condita aut etiā boragines et sine multis speciebus aut multa agresta. Item cibariū factū ex lacte amigdalino ī brodio pulli aut brodetū ex vitellis ouorū leuissime coagulatorum ex decoctione capponis vel pulli. ¶ Item oua sorbilia trementia. Itē testiculi gallorum nō coeuntium aut arietum iuuenum aut capreorum. Panis modicū comedat et loco eius cialda vinum sit album aromaticum et sapore mediū magis ad dulce declinans. Alia satis patent. Eligantur leues extremorū fricationes. Item aspersiones cū vino aromatico tēperato cū aqua buglose et mellise in quo si non abhorret ponatur muscus cum ambra. Et potes si vis ordinare vinum. ℞. vi-

ni.lib.ij.aq̄ buglose.aque mellisse ana.ʒ.iij.pulueris ele ctuarij de gēmis descriptione Mesue.ʒ.ß. bulliat pul- uis in dicto vino aut melius ponatur in fine decoctio- nis vini ne resoluat in fumū aut cape dictū vinū et fac bullire gar.solū.Aut lʒ nō sit vsuale.℞.tiriace antiq.ʒ.ij vini dicti.ʒ.x.calefiat ⁊ misceat ⁊ lini extremitates siue epithima aut cape aquā vite ⁊ tepida ⁊ pōe i ista coctio ne croci triti.ʒ.ij.aut.℞.aq̄ maiorane mente calamēti pulegij acori.ana.ʒ.j.ß.cimini gar.an̄.ʒ.j. bulliant i lib. j.vini aromatici ⁊ in illo bene calido epithimētur extre ma ⁊ liniantur.Aut.℞.croci.ʒ.j.gar.ʒ.ß. bulliant in.ʒ. x.vini ad cōsumptionem q̄rte partis: et in fine decoctio nis iam tepidante vino.℞.musci ambre carabe an̄.gra na.iiij.misce et lini testiculos et eorum appenditia. Deinde calefiat pannū fumigatū fumo huius pulueris ℞.puluis dyamusci dulcis tamarisci thuris mastic an̄ ʒ.iij.ponat vnuʒ coclear ad prunas. deinde suffumiget pannus ⁊ humectatis locis applicet.¶ Item cordi fiat istud epithima.℞.aque buglose.ʒ.ij.melise.ʒ. iiij. pul- ueris electuarij de gēmis descriptione Mesue.ʒ.ß.pā- num cape scarlati quadratū ad quantitatē palme man et imerge dicto liquori calido: ⁊ exprime et superpone sinistre mamille.Aut fac sacculū de dicto puluere ⁊ fo- menta ipsum vaporibus decoctionis citri et in vino va porāte caliditate lacertos dicto vino aspersos ¶ Item fi ant odoramenta sicca ⁊ humida Primo humida.℞.vi ni aromatici.ʒ.iij. ambre grana. iiij. gariofilorū subti- lissime tritorū.℈.iiij.nucis musca.subtilissime pulueri- zate.℈.ij.aque mellise.aq̄ maiorane an̄.ʒ.ß.ponantur in ampulla stricti orificij.⁊ post cōsumptionē liquor i am pulla recipiatur odor. Siccum odoramentum poterit esse hoc.℞.gariofilor subtilissime tritorū.ʒ.ij. corticū citri similiter tritorum cinami macis nucis musca. an̄. ℈.ij.musci ambre grana tria. Aut si abhorret muscum ponantur ambre grana. vj .storacis calami.ʒ .ß. pul- uerizata hec omnia subtilissime in sindone de grana

textture densissime ⁊ duplicati serici liniatur etiaȝ sepe facies cum vino decoctionis dictorum aromatum predictorum.

¶ Regimen singultus.



Equit regimē singultus. qui si cōtingat ꝑpter repletionē stomachi ex cibo vel potu nimio sumpto in se. aut ꝑpt materias multas aggregatas in stomacho. primo eductis fecib⁹ suppositorio aut clisterio ꝓuocet vomit⁹. ⁊ si remāserit post vomituȝ remanēte grossa ventositate aut pte rei molestātis stomachū: tūc post vomitū conuenit accidēs aīe subito applicatū. Item fricatio extremitatū aspera. Itē ventosa posita sup vmbilicū. Itē circa fundū stomachi ⁊ sup mediū sine scarificatiōe. Iteȝ ventosa posita sup spatulas vel posita in pulpis spatularū vel posita circa. xij. vl xiij. spondilē. Iteȝ aspersio subita faciei cum aqua ros. vel simili. Item retentio anhelitus ex causa quā ponit Auic. excrescit eñ calor ⁊ subtiliat humorē ⁊ agitātur ⁊ magis exteriora petunt. Item cōfert somnus post vomitū ⁊ dictas euacuatiōes ebetās sensuȝ oris stomachi ⁊ ad resolutiones materierū faciens. Itē cōmotio corporis. Item tollerantia famis ⁊ sitis. Item sternutatio supposito ꝙ non noceat capiti. Agitatio pectoris ac si homo vellet expellere catarrū. Itē calefactio stomachi ⁊ colli cū panno calido. Si vo cōtingat singult⁹ ꝑpter materiā flegmaticā vel colericā vel vētositatē, fiat eodē modo eductio fecū. Deinde ꝓuocet vomit⁹ ⁊ postea exhibeant. iij. ʒ. yerepigre cū aqua absinthij. aut dētur pillule de yera simplici Gal'i. a. ℈. ij. vsqȝ ad. iij. ß. aut pille aloetice sole i eadē dosi. Deinde debite euacuata materia a stomacho si remāserit laxitas in stomacho ꝯuenit kebulus cū zuccharo cōditus ⁊ spēbus aut cinamū cōditum aut trocea grossa. Similiter exteri⁹ cōueniūt inunctiones ex oleis stomaticis. vt de spica de mastice de absinthio: aut sacculationes ⁊ cerota ꝑtacta. ¶ Si vo con

tingat singultus a materia viscosa, triplex habet intentio secundum Auic. Una est resolutio materie siue remotio siue subtiliatio et incisio eius. Secūda pmutatio complexionis oris stomachi ab ista materia alterante aut ne materia alteret. Tertia intētio est aliqualis stupefactio sensus oris stomachi maxime si fuerit materia viscosa mordicans. ¶ Prima intētio cōplet per multiplex oximel. Illud tñ quod cōmendat Auicen. in. iij. cañ. est oximel squille. vt. ℞. oximel squillitici. ℥. iij. aque tepide. ℥. ij. ß. misce et da ad bibendū vt vomat. Aut si vis potes dare loco digestiui. aut fac hoc digestiuū. ℞. cinamomi garī. ana. ʒ. iij. bulliāt in. xxj. ℥. aque ad cōsumptionē quarte partis: postea colet. Deinde. ℞. aceti cōis. ℥. j. et cū melle sirupiza et in potu tribue quattuor vicibus, puoca vomitum. aut solue ventrem cum yera aut pillulis de yera pigra et similibus. ¶ Item conuenit post inunctionē materie oximel compositū et similia ex subtiliātibus et incidentibus materiā. Item post cōueniunt solutiua tacta. aut etiā infusio agarici tacta correcta cum salisgēma et spica. ¶ Secūda intētio cōplet per alterātia et subtiliātia et incidentia, vel ex parte nō naturaliū rerū cōuenit aer declinans ad calidum et siccum. Item cibaria habētia vim incidendi et subtiliandi. vnde conueniūt cappari conditi cum aceto. Aut auicule cōdite cum saluia et rozemarino et menta. ¶ Item epule sue condiātur cum cynamomo aut aspergantur. Item panis sit cōmunis fermentatus et magis furfureus et salitus non tamē oppugnante fe. aut si oporteret, limphetur cum aqua decoctionis cynamomi. alia per te collige. ¶ Ex medicinis corrigentibus cōplexionez frigidā primo in interioribus est confectio de cynamomo aut zinzib. conditū aut tragea grossa aut metridatum. ¶ Conueniunt inunctiones exteriores calide: vt ex oleo spice vel de absinthio aut ex oleis de cynamono sacculos et cerota intellige. ¶ Tertia intentio cōpletur per quosdam trociscos laudatos per Auicennā decimatertia tertij. tractatu quinto.

singultus

de cura singultus quorum descriptio. ℞. costi. croci. ros. recētiū mastic. spice ana aur. iiij. siue. ʒ. iiij. siue sm quosdam aureos duos aloes opij ana aur. j. cōficiātur cum succo psilij et bibat ex eis medietas aurei. j. psiliū em̄ et opiū stupefaciūt: spica confortat et resoluit et satis inclinat humiditates ad ptes vie vrine et p eas illas educit: Aloes tn̄ inclinat ad vias fecum et expmit eas costus et crocus et aromatizāt et cōfortant calefaciēdo. ppter hoc ergo fiāt isti trocisci valde cōueniētes singultui vehemēti et submersioni materie. nec hec est magna dos. ¶ Itē cōmendat etiā Auic. tiriacā. s. nouā. et Philoniū in hoc qz in ipsa est de stupefactiōe resolutione et expulsione et cōmēdat etiā p solutiuo pillulas stomaticas quas vide a Mes. lz em̄ ponātur in. v. ¶ Si vo singultus proueniat a materia flegmaticā grossa: cōsidera etiā si sibi aliunde mittat et meliora mēbrū mittens euacuādo et confortādo: deinde extrahe materiā in stomacho exn̄te vomitu semp p̄suppositis eductionib9 fecū. Rege etiā per nō naturalia calida et sicca et silr medicinalia. Et si materia singult9 sit grossa frigida intētio ē frigidare et subtiliare. Scdo euacuare materiā. Tertio corrigere malam cōplexionē frigidam. ¶ Cōpletur pma intētio eductis supfluitatib9 minoratiōe qn̄qz p sirupū duarū radicū: deinde assumpto sirupo euacuet cū infusiōe agarici mō tacto: aut pillulis factis cū simplici agarico isto modo. ℞. agarici. ʒ. iij. salisgēme. ℈. j. spice. ʒ. ß. epithimi. ℈. ß. terātur omnia subtilissime et eis cum oximelle squille fiant pille cum oximelle simplici. sitqz earū dos. ℈. ij. vsqz ad. ℈. iiij. Itē cōueniūt pille stomatiche. ¶ Itē post euacuationē conuenit zinzib conditū. Item anisum confectū. Itē ciminū confectū. Et si sit necessariū iterato subtiliare materiā cōuenit iste sirup9. ℞. aque acori aque absinthij ana. ℥. j. ß. aque melise. ℥. ij. aque abrotāi. ℥. j. ß. aromatizent dicte aque cum. ℥. ij. cimini. Post. ℞. aceti. ℥. j. et post colaturā cum sufficienti quātitate mellis fac sirupū postea euacua vt est tactū. Et post euacua

tiones cōuenit tiriaca antiqua aut metridatum. cōue-
niunt cōfectiones calide tacte vt dyacinamomū. ¶ Itē
ꝯuenit puluis iste quo possunt aspergi cibaria. ℞. anisi
feniculi ana. ʒ. iij. ameos azari ana. ʒ. j. abrotāi. ʒ. ß. pul
uerizent omnia subtilissime. Deide. ℞. cinami. ʒ. ij. zuc
chari albi quātū ad oia. Quartū in isto casu dicit Auic.
castoreū habere mirabilē ꝓprietatē: melius est tamē ꝙ
exteri⁹ invnctione ponat sup loco castorei videlz pip
albū vel etiā nigrū vel galanga. ¶ Si vero contingat sin
gultus ex puro frigore tūc couenīūt calefaciētia iterio
ra ⁊ exteriora. ꝑmo tñ habeas menti regimē nō natura
lium tactū. ¶ Item cōueniunt tiriaca ⁊ metridatū. cōfe
ctiones tacte. inunctiones fricatiōes extremitatū cū pā
nis calidis. Itē ventose posite sup stomachū sine scari-
ficatione. ¶ Si etiā cā singultus sit humor mordificās
vide an sit effusuz aut actualiter effundat aut sit in eo
cōgestus. Et si ꝑmo effusus sit ⁊ effundat querat primo
mēbrū effundēs. Et si sit repletū euacuet mēbrū vt dictū
est. Similiter in memoria ꝙ si sint retēte euacuatiōes
aliq̄ ille reiterant ⁊ fiant: ⁊ si nō est possibile vt fiāt eq̄-
pollēter ꝓuocent. ¶ Si sit materia effusa vel ꝯgesta tūc
temptet vomitus illius si fieri pōt: aut soluat venter vt
tangit Auic. cum yera ⁊ sirupo acetoso vt. ℞. yere sim-
plic; Gal'i. ʒ. iij. sirupi acetosi simplic; ℥. j. ß. aque ordei
℥. ij. vel. iij. misce ⁊ in potu tribue. Aut tribue pill'arū de
yera. ʒ. j. vel etiā cū infusione agarici vel infusione mi-
rabila. citrinoꝝ. Et si vis facere digestionē vel cōforta-
tionez stomachi potes dare oxizachare. ℥. j. ß. cum. ℥. iij.
aque ordei aut aque zucchari. Aut. ℞. aque sublimatio
nis acetose vt dos. fit. ℞. aque acetose. ℥. ij. endiuie. ℥. j.
ß. vini granatorum muzoꝝ. ℥. ij. zucchari quātuz sufficit
sirupiza cum zuccharo et fit pro vicibus duabus ⁊ post
euacua si expedit. ¶ Et si actualem ⁊ fortē mordicatio-
nem percipit tribue aquam dictā acetose cū iulep. viol'.
aut ros. aut lac recens aut aquam ordei in qua dissolu-
ta est mucillago citoniorum. Item conuenit decoctio

singultus

prunorũ granatorũ dulciũ. Exterius vero cũ oleis stomaticis frigidis vt ros. vel citoniorũ vel sil'ium. Itẽ regimen nõ naturaliũ rerũ declinet ad frigidum. In hoc casu cõuenit gelatina modicissime acetosa de qua dictũ est. ¶ Si vero singultus sequeref vomitũ retenta ventositate circa os stomachi vel circa stomachum vel meri vel pcepta mordicatione fiat vt tactũ est. In hoc tamẽ casu Auicenna cõmendat enulã siccã et enula sicca est vltima ĩ hoc. ¶ Si vero materia remanẽs est humor mordicãs attendaf lubrificãtib⁹ siue facientibus lubrificare sicut decoctio prunorum tamarindoꝝ ana. ℥. ij. passularum. ℥. iij. fiat decoctio in aquã. Post colaturã dissolue manne. ℥. j. ß. et tantũ cassie. ¶ Similiter cõuenit decoctio viol'. vt. ℞. viol'. siccarum siue fere siccaꝝ. ℈. j. prunorum tamarindorum. ℥. j. fiat decoctio postea coletur in aqua. ℞. succi ro. recentium. ℥. ij. zuccari albi. ℥. j. et in potu tribue. ¶ Si vero contingat singultus propter apostema epatis existens in concauo, attendatur cure faciendo cursum contractum per flobotomiam et per alia que suis locis videnda sunt. deinde attendatur stomacho cum ipsis confortantibus cũ inunctionibus frigidis et stipticis sicut oleo ro. vel citoniorum vel simili vel dando in potu aquam ordei vel succum granatorũ vel alium succum frigidum siccum stipticum de quo superius facta est mentio. ¶ Si vero contingat singultus propter assumptionez farmacie tunc vt tangit Mesue aut supuẽit purgatiõi aut sbseqt eã. supuẽtio aũt ei⁹ infdũ est ppt catartici dispositionẽ. infdũ ppt dispositionẽ matie mote p ipm. dispositio catartici aut ẽ cal'itas excedẽs nocẽs mordicatõe sua aut ẽ siccitas corrugãs ⁊ coartãs. Fact⁹ ppt mordicationẽ aut pueit a mã cal'a mordicãte q̃ effũdit ad stõachũ sua mordicatiõe irritãs vt ɔ̃haf. et huius regimen esse patet p ea q̃ dicta sunt ĩ singultu proueniente a materia calida mordicante q̃ratur tamen eductio materie vomitu aut etiam in solutione ventris vt est tactum et potu refrigerante acuitatem et mordicationẽ vt ex aqua ordei vel simili q̃ nõ

nomino tedio narrationis. Aut si contingat materiaz commotam esse grossam et frigidam aut esse grossam ventositatem fiat vt predictum est in vtrisque. ¶ Si vero contingat mordicationem medicine queratur eius depositio et depressio acuitatum vt dictum est. Si vero cōtingat propter fortem euacuationem vt presumptio esset frigiditatis tunc impendatur regimen non naturalium rerum vt ad humiditatem declinet. qualis cōplexionis debeat esse aer patet. ¶ Cibi vero sunt contusa pullorum correctorum cum lactucis aut endiuia aut cucurbita. ¶ Si vero oppungeret fluxus vel aliud conuenit similiter sublimatum pulli. ¶ Item gelatina dulcis. Item pisces petrosi aque bone. Item oua sorbilia et testiculi gallorum &c. de quibus dictum est. Item cibaria facta cum lacte amigdalino de superius dict. ¶ Item vinum album aut colore mediū limphatuz subtile mediocri et aliqualiter declinans ad dulce. ¶ Ex medicinalibus vero cōuenit iulep viol. Item sirupus violarum Item zuccarum ro. zuccarum viol. medium inter antiquum et nouum. Et si esset actualis fluxus collige ex dictis competentia. ¶ Item ex cōfectionibus manuschristi cum perlis. ¶ Item diazuccaratum. Confectio de pepone marciapanū factum cū oleo ro. aut amigdalaruz. vel nenufa. conuenit loto pluries in aqua simplici frigida vel ros. vel nenufa. et confectio ex pulpis capponis et zuccaro. ex exterioribus vero conuenit inunctio facta collo et spine vt. ℞ olei viol. ℥. j. ß. olei amigdalarū dulcium. ℥. j. olei de cucurbita vel lactucarū. ℥. ß. pinguedinis galline recentis. ʒ. vj. lauentur dicta olea ī aqua ro. Postea cum cera alba fiat vnguentum & vngentur dicta loca. ¶ Item inungatur stomachus ista inunctione. ℞. olei ro. ℥. j. olei citoniorum viol. ana. ℥. ß. inungatur stomachus et epithimetur cor aut epar aut stomachus si appparuerit signa caloris epithimatib^9 tact & tāgēdis. Renib^9 vero fiat isto stāte inūctio ex īfrigidātibus oleis supi^9 descript p Mes. aut ex oleo ro. & modico aceti quod est meli^9. ¶ Sequitur regimen vertiginis.

In fluxu

Renes fol. 18.

285
vertigo

SEquitur regimen vertiginis et scotomie que in febre cōtingit seruentur ista que Auicenna tāgit pma .iij.tractatu.v. de vtigine vt vitet in spectus omniū rex citovoluētiū, pfūdatax rex aut altax valde etiam terribiliū valde et intēsax in sua obiectione:auditus etiam sonox altox ꝛ horribiliū. Itē omne accidens anime vel intensum ꝛ illatū cito corpori. Et si cōtingat vtigo a vaporib⁹ a toto corpore eleuatis tempore febris fiat colliriū de melle. post cuius operationē fiant fricationes corporis et cruriū deīde aliorum extremox. vt ad interiox etiam et brachiox. Item cōueniūt vētosationes circa nates et circa pulpas spatularū posite cōueniūt refrigerantia ꝛ phibentia euaporationes ꝛ ascensus vaporis vt sunt iulep frigida tacta vt robub et sirupus acetosus simplex. Item fiat cōfortatio capitis post diuersiones epithimādo cū hoc leui nō repugnāte catarro vel alio. ℞. aque ros. ℥. iij. aceti. ℥. j. cōcute bene ꝛ infunde pannū lineū album estate hyeme vo tepidū. aut epithima ex aqua viol. cum aceto vel cū aqua nenufar. aut lactucarū aut simili ex notis aut ex oleo ros. cū modico aceti fac etiā hūc odorare aquā ros. cū sandal' ru. ꝛ modico aceti. ¶ Regimen vo naturaliū rex satis patere potest Cōtinue post cibū et potū capiat bolū codognate cū zuccaro sine speciebus. Aut citoniū conditū cū zuccaro sine speciebus aut assatū. Vel pirū aut pomū aut coriandrum conditū vel correctū. Aut micā panis infusi alicui robub acetoso ex dictis. ¶ Itē si epar fuerit in causa euaporationis sua caliditate aut cor vel spiritualia impendat illi mēbro regimē cū refrigidantib⁹ et epithimatib⁹ aut inunctionibus seruatis in canone euacuationū. Silr si contingat vertigo pter vacuitatē stomachi vt effluens colera ꝛ mordicans sit causa agitationis ꝛ cōmotionis spirituū visibiliū: attendat eni eductioni cum vomitu vel eductione ventris: postea vigoret stomachus cū assūptione robub acetosox de quib⁹ dictū est. ¶ Et similiter

si afflictio sitis vel famis contigerit aut euaporatione acutarum et morbiliū tēpore euacuationis cibetur patiens aut potetur refrigerātibus et vigorātibus stomacum Et si phibētur euaporatiōes: quale est quod dictū est. Aut iubeatur infirmo: motus: locutio: et alia tacta sunt sup. Item camera: sit obscuri aeris. ¶ Si vero euenerit vertigo ex nimia abūdantia sanguinis: in toto euaporante: ad caput premissa fecum eductione: siue cōmuni minoratione: cum cassia. aut manna: aut decoctione lupulli: attēdatur ad flobotomandum: non deficiente virtute: et flobothometur basilica dextre partis vbi euacuare proponis cū attentione notabilis diuersionis: aut si non intēdis diuertere tātū. Sed minus medietate earum alio quo modo equaliter: aut quasi euacuato flobothoma venā mediam siue cōmunē aut nigram. Et si cum hoc intenderis ad inmediatius euacuādum: tūc erit conuenientior flobothomia cephalice. Deinde si intēdis imediate euacuare: et diuertere a parte anteriori ad posteriora: flobothoma venā que est post aurem. De qua dicit Auicēna prima iij. tractatu. v. in cura vertiginis. Est enim optima in cura vertiginū materialium: et quandoque flobothometur: nō solū in vno latere ymo in duobus: secundum Mesue existente magna repletione: et quasi in toto. Et si ex altero laterū facere volueris: tamen ex dextro magis fiat quam sinistro. Aut etiā cōuenit scarificatio cartilaginis aurium: quā Mesue dicit valde cōpetere. Item conuenit ventosatio crurium aut coxarum vel natum: et ventosatio pulparum spatularum: et ventosatio sup collum facta. Item conuenit secundum Auicennam cauterizatio dictarum partium siue venarum: que sunt post aures dicēte Auicenna allegato capitulo. Et quādoque cauterizatur dicta vena proprie: scilicet: in vertigine: cuius causa est accessus: vapor ex corpore in quacūque via eleuetur. Itē rege infirmū si in solo capite esset sāguis abūdātia: per flobothomiam cephalice: et per ventosas tactas. Et in omni vertigine vide quod ditū est pluries: si aliqua euacuationum sanguis retēta sit: tūc ad illā prouocādum redi aut

Acena. vertigo

equipollenter fac. ¶ Rege post p non naturalia debite aut per aerē declinantē ad frigidū ⁊ siccū. talē per naturā vel artificiū pōt regi per cibos ēt frigidos quales sunt gelatina ⁊ sulcida aut ptisana ordei cū succis granatorum vel agresta que per te vide'. ⁊ alia nō naturalia similiter rege. ¶ Item ex medicinalibus cōuenit sirupus acetosus simplex. aut iulep ros. aut robub acetosa dicta vel alia remissiua caloris vel feruoris coriandrum conditū vel correctū cōuenit in isto casu aut sirupus factus ex decoctione coriādri Aut si volueris frigidius. ℞. mucillaginis psillij. ʒ. j. ß. aque. ro. ℥. ij. zuccari ℥. j. ß. concute bene inuicē et in potu tribue ⁊ ex Mesue sumit. Aut cape mucillagines seminis citoniorū ⁊ idē fac. Itē ꝯueniūt alia satis nota ꝓhibentia feruorē prunorū tamarindoꝝ ana. ʒ. ij. coriandri correcti. ʒ. j. viol. tertiaz. M. j. fiat decoctio: deinde coletur ista et ī aqua post colaturā. ℞. cassie aut māne. ℥. j. ß. deinde timporibus ⁊ fronti fiat epithimatio ex oleo ros. ⁊ modico aceti secū concusso. Itē fiant odoramēta tacta et adde cāphorā si vis. ¶ Si vero causa vertiginis sit humor colericus si cū eo peccauerit sanguis fiat flobotomia leuis postea transi ad digerendū humorē si sit vehementer calidus aut sicc' cū sirupo viol. vel simili. Postea euacua vt Auic. ⁊ Mesue tangūt cū pillulis de yerapigra aut ī fusione aloes aut cū mirabol. aut infusione mirabol. citrinoꝝ vel māna vel cassia fist. ¶ Itē in hoc casu cōuenit regimē declinans ad frigidū ⁊ humidū aliqualr vide p te ⁊ ita dic de odoramētis et alijs. Si autē fuerint humores melācolici digere vt predictum est et euacua cū pillulis de epithimo aut infusione mirabol. indoruz in aqua lactis. addito manna vel cassia et infusione folliculorū sene. ¶ Si vero sint flegmatici cū sirupo de sticados digerant deinde euacuant cū pillulis cochijs aut cū agarico vel manna vel cassia. Et si sint mixti tunc digere cū aqua sticados vel viol. Postea euacua cū pillulis stomaticis descriptione Mes. aut cōfectione de sti-

cados quã ponit Mes.in suo de approbatis auctoritate cuiusdã in ca.de vertigine cuius lrã hz ita. Confectio de sticados cuius iuuamẽtũ est sublime ad vertiginem cuius materia est flegmatica et colerica.⁊ alia lrã habet:augmẽtũ ad ru.adaptare possumus addendo mirabol.citrinos cui⁹ descriptio est hec.℞.yerepigre.ʒ.x. agarici epithimi ana.ʒ.iiij.mirabol.indoꝝ emblicoꝝ sticados ana.ʒ.iij.sal.indi.ʒ.ij.confice cum secaniabin et fit dosis a.ʒ.j.vsqꝫ ad .iij.cum ieiuno stomacho cum aqua calida siue aq̃ zuccari vel ordei.¶ Si ṽo sit causa vertiginis casus vel pcussio: attendat qeti ⁊ regimini istoꝝ.In tpe ṽo actual vertiginis fiat qes ⁊ fiãt diuersiones ⁊ alia diuersiua.Et si fuerit a stomacho vt plurimum est euacuet stomachus.Et silr si ab alio mẽbro attendat regimini illius.Et si materia sit in capite attendatur pprijs euacuationibus que tacte sunt.

¶ Regimen terroris in somno.



Egimẽ terroris i sõno ⁊ sõnioꝝ terribilium.q̃ tũc i sõno lexistẽte fe.ptigũt vt plurimũ.ppt effumationẽ vapoꝝ hũoꝝ melãcolicoꝝ adustoꝝ ex fe.aut ẽt ciboꝝ corruptoꝝ.Si g cõstiterit in stõacho cibos esse corruptos psuppositis eductionib⁹ fecũ educant vomitu aut clisteri.Postea regat infirmus p nõ naturalia debita vt aeris satis tẽperati.Itẽ p cibos ⁊ potus faciles ad digerẽdũ ⁊ ineptos putrefactioni.sicut ptisana ordei ⁊ panata ⁊ cõtusuz pulli correcti cũ agresta ⁊ alia similia q̃ p te vide.Si non sit causa melancolicus humor adustus pmo digere sic.℞. aque sublimationis fumi terre.ʒ.iij.ß.aque buglose.ʒ.ij.aromatizẽtur cum modico carabe.vt grana.ij.postea sirupizantur.et in.iiij.assumptiones postea diuidatur:post exhibe infusionem mirabola.indorum et citrinorũ infusorum in aqua lactis.Et tribue cũ manna aut cassia.Et si causa sit humor melãcolicus nõ adustus regat vt predictum est et apparebit in cura quartane.

¶ Capitulū de non vera frenesi.



Egimen nō vere frenesis ⁊ alienatiōis cōtingentis plurimuz ex eleuatiōe vaporuz ad caput ⁊ contigit pluries adueniente augmēto principio pozisimi vel exacerbatiōis post somnū pluries etiā pro eius regimie querat̄ pmo eductio fecū ⁊ cōis minoratio clisterio aut supppositorio. Et si nō institerit porism⁹ fiat clistere in quo pone de yerapigra.ʒ.j.aut pone.ʒ.j. agarici ⁊ alia iam tacta. ¶ Et instante tamē pozisimo nō est malū imponere suppositoriū de melle cū tribus granis salisgēme et ℈.j.de yerapigra aut agarico. Deinde fiāt ligature coxarū ⁊ cruriū ⁊ adiutorioꝝ. ¶ Item fiant fricatiōes fortes ⁊ dolorose extremoꝝ. ¶ Item ponant̄ ventose super natibus etiā instāte pozisimo ⁊ etiā post sup pulpas spatularū ⁊ replicent̄ pluries. ¶ Itez in potu detur aqua ordei cum vino granatoꝝ aut cū alio liquore frigido acetoso. ¶ Item si appareat flāma magna circa cor ⁊ spiritualia attendat̄ epithimatib⁹ cordis non oppugnāte repletione aut retentiōe caloris aut saltē eligat̄ aer frigidus ⁊ anhelet sup aquā roſ.frigidā. Item colluat sepe os cum aqua ordei vel frigida vel sibi simili. Itez teneat linguā bene abstersam ⁊ mundā. Epithimet̄ frons cum aqua roſ.⁊ timpora ⁊ modico aceti aut alio simili ex infrigidātibus notis. Itē odoret infrigidātia ⁊ prohibentia ascensuz vaporum cū tactis.

¶ Capitulū de motu spasmoso.



Regimen motus spasmosi qui si contingat ex ventositate grossa regatur regimine de quo habet̄.ij.iij.in fe.tamen pestilentiali sincopali.vide hunc motū cōtingentē ex venenosis vaporibus delatis cerebro ⁊ partibus neruosis in quo casu attendat̄ euacuationi predictorū. Et in isto casu cōueniret digestiuū pmo repressiuū ma-

le materie. ℞.aque buglose.ʒ.iiij.aque ros.viol. ana.ʒ.
j.ß.aque sticados ⁊ nenufar.ʒ.ß.bulliāt inuicē, deinde
aromatizent cū ambre.gra.iij.sandal.rub.℈.iiij. Et si
valde intensa fuerit caliditas, ⁊ nō abhorreat infirmus
valde, addat camphore.gra.ij.Deinde iupilizet cū suf
ficienti quātitate zucchari albi, ⁊ sumat in quattuor vi-
cibus.Deinde. ℞.agarici mirabolo. citrinoꝝ ana.℈.ij.
ß.spice salisgēme.ana.℈.ß.infundantur puluerizata in
aqua buglose mellita.Deinde. ℞.māne.ʒ.j.ß. maioran-
do aquā buglose aut mellitā aut infunde p̄dictis sirupū
acetosum simplicē. Postea dissolue totū in aqua buglo
se. Post euacuationē attende cordialib⁹ ⁊ odoramētis
confectionibus ⁊ alijs tactis, sicut cibaria infrigidan-
tia, vt acetosa ⁊ gelatina. ¶ Si etiā nō valde prohibet
calor, nō esset inconueniens post euacuationes capere
℈.ij.vsq₃ ad.ʒ.j.tiriace antique cū.ʒ.ij.aque ros. aut vio
la.aut nenufar.aut succo granatoꝝ, vel cerasoꝝ, vel si-
miliū. ¶ Item fiant fricationes partiuz inferioꝝ. Item
colli cum oleo amigdalino. Aut si institerit caliditas ⁊
siccitas, cum oleo violarū. Fricet etiā pars, que mouet
spasmoso, trahendo deorsum.

¶ Capitulū de dolore pulpe cruriū.



Regimen doloris pulpe cruriū, qui si con-
tingat tēpore frigoris aut rigoris, rega
tur regimine calidorū, qui si cōtingat in
se. sicut contingit pluries, ꝑpter ventosi
tatem grossam, aut ꝑpter frigiditatē q̃r
crura tenuiora discoopta, calefiat pan-
nus, et apponat cruri. Aut fiat sacculus
ex mileo ⁊ flore camomille ⁊ aneti: ⁊ infundat spongia
dicte decoctioni, ⁊ bene expressa ⁊ calida applicet pul-
pe cruris. Aut ponat ventosa sup locū dolētē. Similit
si doleat ꝑpter frig⁹ extrinsecū, cōferūt p̄dicta remedia.
Si vero doleret cū quadā ꝯctione marie siccitate apparē
te, attendat inunctionibus humectātibus tactis.

¶ Capitulum de grauitate membrorū.

a reptone


Equit regimē grauitatis siue pōderositatꝫ mēbroꝝ. q̄ si ↄtigerit ꝑpter humores grossos in viscerib⁹ ⁊ q̄si toto exn̄tes attendatur digestiōi. ꝑmo. ℞. oximell' simplicꝫ. ℥. j. ℞. aque sticados. aq̄ saluie: aque rorismarini ana. ℥. j. misce. ⁊ sumat quattuor vicib⁹. Deīde purgeꝶ cū pill'. cochijs. ʒ. j. Aut si materia fuerit mixta purgeꝶ cū dyafinicōe aut electuario indo. Aut si materia fuerit melācolica, sic purgeꝶ cū pillulis indis aut de epithimo: ⁊ si sit mixta cū agaricꝫ vel stomaticꝫ. In hoc casu ↄuenit etiā ↄfectio Mes. tacta in regie ꝟtiginis. ¶ Si ꝟo cōtigerit ꝑpter corpis siccitatē rege vt tactū est ex hūectātibus. ¶ Si ꝟo contigerit ꝑpter debilitatē ꝟtutis motiue ꝑ essentiā attēde refectioni ꝟtutis ex ꝑte regis nō naturaliū ꝑmo vt eligatur aer tēperat⁹ vel tēperate declinās ad frigus aromatizatꝫ vt dictū est in regie acutarū. ¶ Itē exhibeam⁹ cibos resumptiuos vt cotusum pulli aut ꝑdicis aut fasiani aut sublimatū istoꝝ aromatizatoꝝ ⁊ lotoꝝ cū aq̄ roß. aut buglose aut vino citonioꝝ aut decoctione carniū ꝑdictarū: aut aqua carniū ꝑtactarū. Itē cōueniunt carnes auiculaꝝ. testiculi galloꝝ conditi cū amigdalis dulcib⁹. Itē cōueniūt grana pini recētia tenta ꝑmo in aqua zuccharata. Itē oua sorbilia. Itē ex potib⁹ lipha tū bn̄ vinū medij saporꝫ cū leuissima declinatiōe ad dulce. Cōueniūt ↄfectiōes odoramēta ⁊ alia plura tacta.

a siccitate
a debi. vir.

A85

¶ Capitulum de fetore oris.


Equiꝶ regimē fetoris oris de q̄ loquēs Auic. ij. iiij. de signis sumptis ex ꝑte lingue ⁊ oris sic dicebat. Scias ꝙ vehemētia fetorꝫ oris in egritudinib⁹ acutis est mortal' significatio. Qm̄ sigt corruptionē hūoꝝ oiuz: q2 cū fetor oris nō tm̄ cuz fe. acuta ↄtingere possit, imo ī alia febre ex multꝫ causis ⁊ multiplicis regimini attendaꝶ. Si g̃ ↄtingeret ex putrefactiōe gingiue aut carnis circa dētes exn̄tis atten

putredine

daꝛ mūdificatiōi dentiuꝫ cū instro debito. Postea ad-
de acetū decoctiōis saluie ꝛ idē fiat. aut mastꝫ. aut gar.
aut galāge. Aut colluaꝛ bñ os cū isto ꝛ fricēꝛ gigiue cū
toto ifuso aceto: aut sumaꝛ acetū decoctōis saluie ꝛ idē
fiat. Aut. ℞. rozismarini. Et si non eēt hoꝛribile, sumaꝛ
acetū decoctiōis mirre aut squille ꝛ cū eo calido fiat vt
dictū est: aut sumaꝛ vinuꝫ dulce. Postea. ℞. ligni aloes
gar. añ. ʒ. j. zinzi. pipis añ. ʒ. ß. nucleoꝝ mirabo. citrinoꝝ
tostoꝝ ꝛ subtilissime pulueriꝫatoꝝ. ℈. iiij. bulliant in di
cto vino. deinde fiat collutio, vt dictū ē. ¶ Si ꝟo fuerit
putredo maioꝛ, adhibe remedia foꝛtia, q̄ tāgit Aui. xvj. tr. 2. c. 30.
iij. caplo de fetoꝛe oꝛis. Et si cā fetoꝛꝫ sit dens putridus,
si ratificationē facere potes cū radētibꝰ ꝛ exiccātibus
dictꝫ: aut cū aq̄ vite colluēdo fac. ꝛ si nō vꝫ, eradica. ¶ Et ña retēta
si cā fetoꝛis sit retētio cibi intra dētes aut intra foꝛamē
dentis, mundificeꝛ cōtinue dens post cibū ꝛ colluatur
bene os cū vino ꝛ cum pāno lineo bene mūdo tergātur
gingiue ꝛ dētes. Solet etiā foꝛamē dentis īpleri auro.
¶ Si ꝟo cōtingeret fetoꝛ oꝛis a catarro retento ex op- d' catarrho
pilatiōe narium, attendaꝛ deoppilationi nariū cuꝫ di-
ctis loco suo. ¶ Si etiā cōtingeret ꝓpter cibū aut potū d' stõco
coꝛruptū in stomacho, sicut plurimū est, educaꝛ vomitu
aut lenitiōe vētris medicīa superiꝰ adhibita, aut cliste
ri. ꝛ vtaꝛ cibis ꝛ potibꝰ facilis digestiōis. Si ꝟo ꝯtinge d' cata
ret ꝓpter humoꝛes colericos putridos cū frigida aut si
missi fuerit a stōacho ab epate. aut cistifellis, tunc attē-
de vt pluries dictū ē, melioꝛando epar ꝛ cistifellis eua-
cuādo deīde alterādo ne mltiplicēt dictos hūoꝛes. Co-
lera ꝟo exñs ī stōacho educaꝛ vōitu aut sirupo acetoso
simplici ꝛ aq̄ oꝛdei tepide. deinde si hūoꝛ sit explete edu
ctꝰ vomitu, admisceꝛ nō naturalia declinātia ad fridū,
vt aer. et cibi acetosi tacti ꝛ succi acetosi. ¶ In isto tñ ca
su cōmēdat Auic. crisomila recēs aut psica ꝛ filia. Tñ
qꝛ isti fructꝰ sunt dispositi putrefactioni, eligātur potiꝰ
pꝛedicta nō matura cōplete, imo acetositatem haben-
tia aut citonia aut pira. Similiter vinum sit bꝛuscum

Accena

pauciferū limphatū. Pisces cōditi et acetosi cōueniūt. ¶ Si aūt humor est educibilis sic vomitu educat solutione vētris cū pillulis aloeticis cōibus aut yera simplici aut māna exhibita cū decoctione lupuli. aut cū cassia vel fis'i. vt decoctione prunorum vel succo ro. ru. aut cū infusione agarici vel reubarbari aut mirabolanorū citrinorū. Deinde attendat vigorationi stomachi cū iulep acetoso. ¶ Si vero hūor sit flegmatic9 petat etiā eductio vomitu cū oximelle simplici et aq̄ decoctiōis raphani. Deinde attendat regimini ne multiplicet flegma. ¶ In isto tamē casu cōmēdat Auic. triserā minorē descriptā in. v. ¶ Itē conuenit yerapigra Gal. si volumus vigorare cū agarico. Itē pillule etiā de ipa. Itē elephāgine. Itē stomatice. Itē comendat Auic. pillas de galāga. Et hoc est earū descriptio. ℞. gar. galāge an. ʒ. ß. musci cāfore grana. iiij. obmitto dosim Auic. piretri. ʒ. j. aloes. ʒ. iiij. sinapis. ʒ. j. fiant pillule cū vino. Vel. ℞. pulueris yerepigre. ʒ. iij. myrre. ʒ. j. musci ambre cāfore ana. grana. ij. fiant pille cum sirupo acetositatis citri. Itē post euacuationes cōuenit zinziber cōditū. Itē ciminū cōditū gar. cōditi. galāga cōdita. cipi cōditi cū vino. zinzib. aut cōditū cū zuccaro. ¶ Itē kebuli cōditi. Cōuenit etiā acetū sqlle aromatizatū cū cinamo et mace facta collutione aut sirupizatione cū melle et sumpto ad modum sirupi. ¶ Item aliqua simplicia cōueniunt, vt thus, lignū aloes, cinamū, cortex citri, cubebe, gar. nux muscata. mastix, macis, spica, zinzib. galanga. cipi calamus aromatic9, sandaraca, storax, calamita, ambra, muscus. ¶ Frigida vero sunt ros. camfora, sandali. lambrusca. ambra. myrt9. ¶ Ex compositis vero calidis tyriaca metridatū dyamuscū dulce et amarum. ¶ Electuarium de gemmis. dyacinamomum. dyambra. diagalanga. trifera seracenica. descriptione Mesue. ¶ Si vero contigerit fetor nimia acuitate humorum et adustione, adhibeantur repressiua acuitatis ex aromaticis acetosis siue acetosis aromatizantis aromatibus frigidis

preeuacuatis humoribus adustis cum medicinis pro
prijs.

¶ Capitulum de alcola



Equitur regimē alcole. & si apparuerit repletio sanguinis fiat flobotomia de vena cephalica aut mediana. Aut si fuerit magna repletio in toto & fuerit intētio diuersionis de basilica: deinde colluat os cū aq̄ ro. aut cū aq̄ decoctionis ro. vel mirti. vel modico zuccari vel modico vino granatorum muzorum. aut si fuerit magnus fumus acetosorum aut cū aq̄ zucchari et modico aceti: aut etiā infūdātur penidie in aq̄ ro. vel viol. vel vino citoniorum vel granatorum dulciū vel muzorum. in processū vero iā influxa materia conuenit decoctio liquiricie cū vino granatorum dulciū. Ulterius conuenit vinū dulce pauciferū in quo bulliāt ro. aut mirtū. aut vinū dulce cū modico iulep ro. vel decoctione iuiubarum. Si vero materie rūpantur sumatur aq̄ cuz modico melle ros. & colluatur os. aut liniatur aq̄ ordei cū infusione zuccari ros.

¶ Capitulum rubedinis vuee



Regimen rubedinis vuee et partium circunstantium et si patiens fuerit puer conuenit iulep rosarum. & alia tacta sunt in principio cure alcole. Cibi vero sint non salsi cum ptisana ordei. panata in decoctione cucurbite vel lactuce vel portulace vel similium. ¶ Item gelatina leuis acetositatis et alia per te vide. ¶ Item si non sit valde puer fiāt ventosationes in natibus et spatulis. ¶ Si vero sit magnus fiat flobotomia in alcola. Et si apparuerit peccare humor colericus vel salsus educatur modis dictis.

¶ Capitulum de excoriatione
dictarum partium.

Avenzoar



Egimē excoriatiōis dictaꝝ partiū cōplē duꝫ ē p mūdificātia abstergētia vt aquā ordei viol'. vl' ros. p̄suppositꝭ semp euacuatiōib⁹ vniuersalib⁹. Itē ꝯuenit vinū dulce post dictuꝫ regimen decoctiōis mirti aut cū succo granatoꝝ dulciū aut cū vino citonioꝝ. Itē decoctio iniubarū ⁊ alia que p te vide vel collige. Itē vinū dulce decoctiōis sandalo. rubeo. ⁊ coralloꝝ rub. aut decoctio glandiū recentiū.

¶ Capitulū de inuoluntario mictu.



Equit regimē inuolūtariꝫ mict⁹ aut egestionis. ⁊ q2 ista ꝺm plurimū ꝑpter debilitatē cōtentiue virtutis ⁊ ꝑpter debilitateꝫ cereb. et neruoꝝ attendat ad confortationē cereb. ⁊ misce cū sacculis odoramētis ⁊ inunctiōibus. ⁊ si appareat repletio ex humorib⁹ flegmaticis educant ꝓprijs eductiōib⁹. Si vo apperet debilitas cerebri ꝯfortet ēt cerebrū cū odoramētis ⁊ alijs q̄ collige ex. j. iij. ⁊ sil'r si fiat īpotentia mingēdi vltra cās instrumētorum vrine q̄s videre debes. xix. iij. vide si ebetudo fuerit sensitiue virtutꝭ vt inde ebetetur expulsiua naturalis. ⁊ tūc attende sacculationē cerebri ⁊ fac hūc sacculū superi⁹ dictuꝫ ⁊ inunctiōes colli. Unge etiā circa testiculos ⁊ virgā siue inter cosdē cū oleo scorpionū aut lilioꝝ alboꝝ. Et impone foramini vge modicū succi cepe aut squille si fuerit maior indigētia. vel pone virgā in decoctione mentastri aut calamenti aut sauine aut rubee tinctorū vel apij vel petrosilij vel sparagi.

¶ Capitulum de apertura oris.



Egimen apture oris q̄ si naturalis fuerit ei⁹ curā obmitto nisi contigerit sicut sepe euenit post grauationē ꝑpter oppilationē aut strictura nasi: tunc em̄ attēdat de opilatiōi narium p̄supposita mūdificatiōe corpis ⁊ fiāt deoppilatiua p̄dicta. Si vo ꝯtingat in ꝓcessu febris vt siccitatē cōprehēdam⁹ in cā ⁊ caliditatē attēdam⁹ infrigidātib⁹.

ꝛ humectātibꝫ ꝛ odoramētis aut caputpurgijs aut fiat odorāmēta ex aq̄ ꝛ decoctiōe viol. ꝛ eodē mō caputpurgia lactuce aut salicis ꝛ filiuz tactoꝝ. Itē inungat collū ex oleoviol. aut de salicibꝫ vl lactucis. Itē embrocet caput cū ista embrocatiōe. ℞. viol. matrū. viol. lactucaruz ana. M. j. folioꝝ salicū. M. ß. ordei. ℥. M. j. fiat decoctio in aq̄ fluuiali ꝛ embrocet caput. Itē attēdat humectationi ex pte aeris ꝛ fit ꝓpe inundationes aquarū ꝛ corrigat vt dictū fuit sup regie acutaꝝ. ¶ Itē cibi sint resumptiui, vt ꝯtusa pulloꝝ aut sublimatū cum aq̄ viol. Itē ꝯueniūt cōtusa ꝑdicū ꝛ fasianoꝝ. Itē carnes capretine valde iuuenes puto tñ meliꝰ esse vt sole exhibeant pulline. ¶ Ex cibarijs ꝯuenit panata ī brodio pulli aut panis īfusus ī eodē brodio. Itē coctio cucurbite aut peponis aut spinachie aut lactucarū. Vel sumatur pullus paruꝰ ꝛ impleat venter eiꝰ prunis bñ maturis ꝛ coquat in furno aspsus etiā leniter cū pinguedine recētis capponis. ¶ Itē ꝯuenit aq̄ carnis de qua dictū est. Cōuenit lac amigdalarū cū pulpis galline aut capponis subtilissime cōtus aut ꝯtrit addēdo modicū aq̄ ros. cū modico aceti agreste ꝛ zucchano. Itē conueniūt vitella ouoꝝ lac azininū vel muliebre de quo dicet in cura ethice. Itē cōuenit ptizana ordei in brodio pulli, conueniunt pisces petrini elixi maxime cū sufficiēti lotiōe ꝛ cocti in aqua ordei. Item testiculi galloꝛum ꝛ alia predicta. Ex potibus conueniunt vinum paruū non stipticum nec ponticum imo potius declinans ad dulce ꝛ limphet continue vinum ¶ Item cōuenit aqua cocta cum zuccharo albo, vel aqua ordei cum pauco ordei iniungatur quātū fieri potest. Item somnus non patiatur inanitionez nec repletionem magnam sed diuidatur potius cibatio tota xxiiij. horarum in tres vel quattuor vices. ¶ Item educantur superfluitates per proprias vias et si eligatur clistere fiat hoc. ℞. decoctionis galline aut capponis lib. ij. aut vnciā. j. semis aut. j. fm quātitatez corpis. olei viola. ℥. iij. cassie. ℥. j. pul. zucchari. ℥. semis fiat clistere.

cibi

clistere

Accidentia aīe extrema vitet gaudeat delectet iuxta possibile. de coitu nō nō expedit dicere. Item nō oppugnāte alio cōuenit balneū decoctionis violaꝝ matrum viol. lactucarū folioꝝ salicis. Et post balneū inungatur collū ꝛ spina oleo viol. ꝛ timpora ꝛ frons. Ex medicinalibus cōuenit iul. ros. viol. nenufar. ꝛ lactu. cucur. melonis. Item cōfectio de cucurbita vel melone. Item poma dulcia condita cum zuccharo vt apia ꝛ similia. Itē conuenit marsapanū cum oleo viol.

¶ Capitulū de febre tertiana pura.



Oportet vt rememoreris regimīe tertiane pure tacto in p̄senti caplo. et diuidit in duas ptes p̄ncipales s̄m duplicē colericā materiā purā naturalē ꝛ genitaꝫ ex putrefactione siue adustione sanguinis quā Auicē. tāgit p̄ma p̄mi caplo de humoribꝰ regimē tertiane pure q̄ a pura materia ꝓuenit. diuidit in duas p̄ncipaliter s̄m debitam administrationē nō naturaliū rerū ꝛ medicinalium. ¶ Pro p̄mo ab aere incipiendū quē eligamus frigidū non nimis tñ tertiana existēte in p̄ncipio vniuersali ne sua frigiditate nimia constringat siue opilet poros: deīde cū frigidis aromatizet. Venio scdo ad cibū ꝛ eligātur declinātes ad frigidū naturalit ꝛ artificialiter ꝛ bñ tuti esse debemꝰ ne in tertiana exhibeamꝰ calida ꝛ est cā clara ꝛ ꝓ isto est lr̄a. vij. Viatici ī cura tertiane sic dicēt: qꝛ i febre molestū est genꝰ putredinis: caute caue ne dent res calide ne forte colera rubea suo acumine cerebrū ascēdat ꝛ apostema faciat: ꝛ infirmꝰ frenesim īcurrat q̄ febris tardior ꝛ molestior qꝛ colera rubea ex mobilitate sua ꝛ velocitate cū acumīe suo nō patit peccare infirmū nec errare medicū. ¶ Cibꝰ igit q̄ cōuenit in p̄ncipio vl'i dꝫ esse ptizana facta in brodio pulli alterata cū lactuc aut cucur. aut portulaca aut aceto sella: aut cū p̄unis vel piris vel pomis aut panata vel panis infusus in brodio pulli ꝛ decoctiōis spinachie.

¶ Et regulariter nō cōuenit caro ꝓpter tñ cōem errorē Et q̄ infirmi ⁊ eoꝝ affines volūt assumere carnes dent pulline elixe vt extremitates illarū ⁊ carnes humerorū vel alarū. ¶ Itē saltiz florētie satꝫ a ꝑncipio volūt cōtusum si parū ibi opꝫ dare sit pullus ꝯtusus alteratus vt dictū est: ⁊ sit paruꝰ nō pinguis ⁊ cōtundant ale pulpa interioꝝ exclusa. Pullus sit quātitatꝫ ſm corꝑis dispositionē ⁊ etatē ⁊ alia plus aut minus indicātia de cibo aut ꝯtusuꝫ sturiōis vł fasianiculi. Sublimatū nō placꝫ mihi: tñ si expedit parū exhibere corrigat pullus vt dictuꝫ est. Lauet em̄ ante sublimationē cū aqua lactucarum aut viol. vel rosꝫ. nec ꝑtes pingues ponant ad sublimādū. ¶ Itē ex piscibus ꝯueniūt pisciculi tacti petrini cogniti meliꝰ tñ esset stare in ptisana ordei aut panata Ex oleribꝰ etiā cōueniret decoctio cucurbite in brodio pulli aut lactuce vel spinachie: cauti tñ simus ne demꝰ in ꝑncipio nimis infrigidātia ne vie expulsiōis matie ꝯstringant. ¶ Ex fructibꝰ ꝯuenire pñt granata muza ⁊ pruna matura ⁊ imatura: ⁊ maxie in corꝑibꝰ maxie siccis ⁊ valde calidis. ¶ Ex potibꝰ v̄o ꝯuenit aq̄ zuccharata aut aq̄ infusionis candorū aut aqua coagulationis zucchari. Julep. rosꝫ. vel viol. ⁊ aque ordei. Et q2 in vsu est talibꝰ exhibere vinū: in tꝑe interpollatiōis sit vinuꝫ aquosuꝫ albū. Deinde saltiz limphatū cū aqua simplici cocta in qua sit potiꝰ virtus vini q̄ꝫ vinuꝫ. In cibatione aūt ⁊ potu in dicta tertiana diuisa sit potissimū duplex magis realr operādo. ꝑmo ex ꝑte tēpoꝝ vniuersaliū: vt in ꝑncipio sit dicta grossior nō repugnante aliq̄ vt dixi sup libro afforꝫ. vt multa repletio q̄ indicauerit tenuitatem q̄ꝫ remissio ꝑncipij indigeat ingrossatione. In augmēto aūt ⁊ statu subtiliori dieta vtimur vt vbi i ꝑnci. debeamꝰ dare iuxta cōem errorē cōtusuꝫ pulli demꝰ ꝑcipue panatā vel pōt fieri diuersitas rōne quātitatꝫ vel subtiliatiōis vt pōt dari ꝯtusum subtilius. Aut ex pullo minori hñdo mēti cōe illud ꝑme particule afforꝫ. ꝯmēto. iiij. dietaꝫ subtiliari ex ꝑte qualitatis aut quātitateꝫ

nutrientis etiã pma.j.caplo.j.Tenendo etiã menti istã regulã gradati debere saluari nõ debilitata valde virtute ꝓpter essentiã.¶ In declinatione ꝟo vl'i ingrossetur dieta ex parte quãtitatis et qualitatis et ita gradatim intendetis ad ingrossationez procedente declinatione vt ꝑueniat ad testiculos galli. vitella oui ⁊ sil'ia. aut pullũ minutim incisum. Comẽdat etiã Auic. lz nõ sit in vsu cerebrũ edi nõ existẽte nausea.etiã intellige cerebrũ galline ⁊ testiculos alios de qbus dictũ est. Item cõueniũt in declinatione gelatine ꝑdicũ aut pulloꝝ siue perdiconuz aut fasianorũ.¶ Itẽ pulli leniter assi de quib' dictũ est cõditi cũvsualibus ⁊ domesticis acetoꝝ.¶ Itẽ auicule in rubis degẽtes ⁊ a supfluitatibus munde condite etiã debito modo:diuersificaꝝ etiã regimen cibi ⁊ pot' in quiete fiendũ ratione pme ⁊ vltime ptis. Nã cibatio cibi ⁊ potus qui fiunt post declinantẽ poxismũ ⁊ ductis debite vaporibus ⁊ fumis ⁊ alijs supfluitatibus possunt esse grossiores.q ꝟo fuerunt in scda pte aut vltima ante poxisinũ p quattuor horas minus grosse debent esse vnde pluries nisi intendamus repugnare fluxui colere ad stomachum exhibem' ptisanã ordei ex aqua simplici factam aspersam et clare agreste aut vini citoniorum murorũ succo arancij. vel damus oppugnante stomacho ab acetosis a pncipio morderi ptisanam solo zuccaro aspsam.Aut exhibemus panẽ predictum lotũ. Memora tamẽ h ꝙ mica panis mediocriter fermentati ⁊ vt est debite pinsatũ tertie diei ⁊ debita decoctione aut scde teraꝝ et infundatur aque frigidissime et debite lauetur ter.illa mũdata: deinde aspergatur vino aquoso:aut melius vino granatorum murorũ cum debita quantitate zuccari aut propter stomachum sit vinum granatorum sit succus arancij dulcis aut similiũ de quo dictũ est.Aut etiã dare potes.ʒ.ij. manuschristi cum perlis simplicis constructi cum aqua rosaꝝ vel violaꝝ.aut cum perlis aut etiam dyacorallum cum perlis aut eodem modo dyasandalum. vt ponas sanda

los rubeos loco corallorum. aut si te coactum volunta-
tibus infirmorum aut attinētium vel astantiū visibus
oportuerit dare cibum alium exhibe panatam cibum
christianorum auctoritate Aueroys factam in brodio
macri pulli. aut panem in dicto brodio infusum altera
to pullo vt est tactum. Si etiā cogatur saltem florētie
dare contusum pulli sit valde subtile ꝛ ex pulpis abiecta
pinguedine: ꝛ sic alteratus pullus vt est tactum ꝛ simi-
liter de sublimato est dicendum si etiam opportunum
fuerit dare oua non coquantur cum cortice more florē-
tino in aceto: sed coquantur sub cineribus vt tremant.
Deinde frangantur et aspergantur agresta vel alio suc
co acetoso non valde stiptico aut frangantur et coquā
tur in aqua: deinde cum agresta vel simili cōmedan-
tur et constante virtute vitellos cum albumine lacteo
conuenientiores puto. ¶ Potus autez regulariter dicē
do sit aqua ordei aut iulep violatum cum vino grana-
torum muzorum. aut iulep rosatum cum aqua simplici
tactum. Et modico vini granatorum dulcium aut aqua
zuccarata. Aut si expediat dare vinum sit odor eius
odoriferum siue sit aqua vinata non vinum aquatum.
¶ Nam vt dictum est valde debemus vitare calida siue
inflammabilia. ¶ De motu dicendum qui vitandus est
tempore quietis maxime fortis motus: fricationem ta-
men corporis facere debemus ante cibum expulsum
superfluitatibus debite. ¶ De somno dicendum. Dor-
miat ergo patiens aliquantulum plus ꝙ̄ in vsu commu
ni suo maxime colericus licz possit habere instanti-
am. Non repleatur patiens nec valde inaniatur sed
seruetur dicta dieta. ¶ Item expellantur quotidie su-
perfluitates per loca debita per naturaz aut auxilio ar
tis qđ tāgeť. Accidētia aīe oia excedētia vitet maxime
iram gaudeat delectetur quantū fieri pōt. Coitum vita
re debere satis ꝯstat ¶ Expedito regimine nō naturaliū
rerū ad medicinalia veniendū. Occurrēs igiť medic⁹ i
firmo tercianario in horą quietis: ꝛ vbi sit tēpus faci-

endi:faciat que sequūtur. Si venter sit cōstipatus:⁊ cō stiterit intestinis esse exiccatas feces:fiat clistere ꝑtim lenitiuū qđ ꝑtim distribuere debemus ex Auicēna pri/ ma.iiij.in cura tertiane pure nō insequendo ex toto de/ scriptionē istam.vt.℞.foliorum altee aut malue.M.j. blete et matrū viol.añ. M.ß.iuiubaꝝ sebesten.liqritie mūde añ.ʒ.iij.fiat decoctio in aqua:in qua dissolue cas/ siefistul.℥.j.olei viol.℥.iij.zuccari ro.ʒ.vj.sal.ʒ.iij.misce et dissoluto sale cola ⁊ exhibe clistere. Aut replicando predicta.fac hoc.℞.malue spinachie. matrū viol.viol. mecurial.añ.M.ß.ordei.M.j.fiat decoctio ī qua post colaturam dissolue cassie.℥.j.ß.olei viol.℥.iij.zuccari ru bei.℥.j.sal.ʒ.iij.fiat clistere.¶ Post exitū fecū exhibeat lenitiuū mūdificās mūdificatione cōmuni: remittens etiam feruorem colere vt.℞.tamarindoꝝ.℥.ß.fiat de/ coctio in aqua lib.j.vsqꝫ ad ꝯsumptionē tertie partis.de inde sumantur.℥.vj.dicte decoctionis:⁊ in ista dissolue mãne.ʒ.x.et in potu tribue.Aut.℞.dictam colaturam cui inmitte aque duoꝝ granatoꝝ aut dulcꝫ aut musoꝝ.℥. ij.Scđm lenitiuū qđ ex Auicēna sumitur potest esse.℞. lubleb siue lupuli.M.ß.passulaꝝ enucleataꝝ.℥.j.fiat de coctio in tanta aqua:in qua dissolue manne ad quanti/ tatem dictam et quantitas tacta sumatur in aq̄: dissol/ ue manne.ʒ.x.vel ad.℥.j.vsqꝫ ad.℥.j.ß. Aut.℞.etiā pru/ norū enucleatorū.℥.j.fiat decoctio in qua dissolue mā/ ne ad quantitatē dictam.Aut q̄rto.℞.sirupi viol.℥.ij.ß. dissolue in tribꝰ.℥.aque decoctionis prunorū.Aut cape viol.conditarū siue zucchari viol.℥.ij.dissolue in dicta decoctione prunorū.Aut fiat sirupus de prunis vt.℞. prunorū enucleatorū siue pulpe eoꝝ.℥.j.ß.fiat decoctio in lib.aq̄.j.ad ꝯsumptionē tertie ꝑtis.deinde sumāt.℥. viij.dicte decoctionis ⁊ sirupizet dicta decoctio cū zuc/ caro albissimo.Et in huiusmodi sirupo.℥.iij. dissolue.ʒ. iij. mucillaginis psillij ⁊ in potu tribue ⁊ tribuatur dicta quantitas mucillaginis psillij cū dicta decoctiōe lentiū quod est domesticū vel cū decoctione lupuli. Item ī isto

casu:cōueīt dyaprunis descriptione Nicolai nō scamoneata:cuius littera habet:ita dyaprunis:vel dyamascenon:a prunis damascenis:in ea positis dr:valet ꝓprie acutis ⁊ pacutꝫ febrib⁹:marīe causoni et synocho ī principio :et augmēto ⁊ statu egritudinis. Daf oī hora diei sine dyagredio cōfecta. Qđ si etiam in declinatōne:purgare volueris infirmū:dabis laxatiuū:vt inferius in receptione preparatum est:in matutiali hora ad modum castanee:tamē talia cuius descriptio. ℞.prunoꝝ damascenoꝝ numero centū:que poni debēt invase stagneo: ⁊ tātū aque bene capiātur:vel cooperiātur:bulliātqꝫ quousqꝫ dissolui videātur. Cūqꝫ aliquātulū fuerit calefacta siue tepefacta ab aqua extrahant : et crebro supposito catine pruna in crebro ponātur in manib⁹ tamdiu fricētur:vt nihil preter ossa et cortices remaneāt in crebro:et fiat syrupus:in ista aqua:vbi pruna decocta sunt de duabus lib. zuccari: in quo syrupo ponatur lib.j.de pulpis prunoꝝ:et ad spissitudinē coquatur incipiente ꝟo inspissari ad.ʒ.iij.tamarindoꝝ medulle cassiefꝫ dissolute ⁊ mūdate cū predictꝫ decoctionib⁹ℨ.j.memēto tñ ꝙ in aqua prunoꝝ bulliat ℨ.j. mell'. viol'.cūqꝫ ad decoctiouē perueniunt perfectam semꝑ cū spatula agitando istaꝝ spēꝝ puluerem:supraasperge qui est. ℞.sandaloꝝ al.et ru.spodij et reubarb.añ.ʒ.iij.ro.ru.se.portulace se.scariole berberoꝝ succi liquiritie draganti añ.ʒ.ij se.meloīs citruli cucurbite mūdate.añ.ʒ.j. misceāt oīa et confice vt dictū est:dof est a.ʒ.ij.vsqꝫ ad.ℨ.ß.cū aqua zuccarata. Aduerte tamē hic. ꝙ in principio valet hec confectio:non adiuncto puluere isto. Cūqꝫ ad decoctionem peruenerit:⁊c. Item in isto casu:conuenit fructuuz aqua descriptione Mesue:cuius descriptio: aqua fructuum seminis et colere:feruorem reprimit.⁊c. ¶ Item si queris minorationem propriam et non communem solam:potest competere hec decoctio. ℞.lupulloꝝū.M ß.prunorum tamarindorum .añ.ʒ. iij. fiat decoctio :in qua dissolue manne.ℨ.j.ß.cum zucco rosato et zuccaro.

ad modum electuarij:et tribue ad comedendum. Aut forma cassiam:ad modum dactili. aut cape aloes:et infūde aque ro. aut aque viol'. et laua bene: et ex eo forma pillulas cū mirra lota et croco. ¶ Si vero peccaret cū colera sanguis post clistere lenitiuū vel post lenitionem cōem ex assumpto per os factā fiat minutio ex basilica dextra vbi magis inferioribus euacuare proponis et ab epate et a partibus cordis. ¶ Ubi vero magis a toto equaliter flobotoma venā nigrā mediā siue comunem. aut si abhorret aut forte non ita constaret virtus flobotomia non potest fieri:ventosentur nates cū scarificatione et intendatur semper fieri flobotomia non existēte febre. Et ita etiā lenitiones et clisteria operādo regulariter. Post flobotomiā vero si stiptic9 sit vēter clisterisa lenstiuo et alteratiuo clisteri:et alteratione qua caliditas potissimi facta est intensior ad hec inquiete febris. ¶ Ad digerendū autē transi post lenitionē cōem et propriā saltim cū hoc digestiuo. ℞.sirupi acetosi simplicis ʒ.j.ß.vsqꝫ ad.ij.aq̄ simplicis cocte cū zuccaro misce.ʒ.j. et in potu tribue. ¶ Silr cōuenit iulep simplex acetositatis duplicata aq̄ tacta ad ipm nec credo esse simplex etiā hoc aggregato ꝓhibente decoctionē ei9 cōpensato aceto et zuccharo et aqua simplici. Et cōueniret magis vbi timerem9 laxitatē stomachi nimia lenitate silr posset acetosari iulep viol'. Aut sirupus viol'. si non abhorreret stomach9 acetū. Et si cū hijs q̄reres stōachi cōfortationē et ꝓhibitionē transitus colere ad stomachū misce iulep aut sirupū viol'. aut vinū granatoꝝ muzorum. aut iulep eorum vt. ℞.iulep vel sirupi viol'.ʒ.j.ß.succi granatorū muzoꝝ maxime aquositatis siue subtilioris partis.ʒ.ß.misce et fac inuicē bullire leuissime et in potu cū duplo aq̄ zuccari vel ordei misce et tribue. Aut si nō abhorret acetū conuenit oxizacra in dicta dosi loco sirupi acetosi siue succo pone aquaꝫ oximell' simplicis vt.ʒ.ß.et ita sirupi acetosi simplicis. ¶ Aut si q̄ris confortationem et abstersionem. ℞.mellis ros. colati.ʒ.ß.

sirupi acetosi simplicis.℥.j.aq̄ zuccari duplū post assum
ptionē digestiui assumpti cōiter q̄ttuor vel q̄nq3 vicib⁹
stet nūerus assūptionis in p̄paratione materie.¶ Si tē
taret natura crisim aut tētasset aut tentatura3 putares
cum clisteri lenitiuo ꝓcede nec de euacuatione tenta.
Si v̄o ante diē crisis oportet euacuare vt allevies na
turā in crisi materia existente multa tunc minora vt ta
ctum est.vt.℞.electuarij de succo ro.descriptione Me
sue.a.ʒ.j.vsq3 ad.ʒ.ij.manne.℥.j.ß.misce et dissolue in.℥.
iiij.aq̄ decoctionis prunoꝝ et tamarindoꝝ vel iuiuba
rum vel sebesten aut liquiritie.vel.℞.reubarbari a.ʒ.j.
vsq3 ad.ʒ.j.ß.infundatur in vino albo subtili cum.ʒ.ß.
spice:deinde.℞.manne aut cassie.℥.j.ß.aque zucchari
aut endiuie cum zuccaro et in potu tribue. ¶ Simili
ter cōpeteret nunc infusio mirabolanorū citrinoru3 in
aqua decoctionis passularum aut in sero caprino aut ī
aqua lupuli vel cum manna et cassia. ¶ Post v̄o com
pletam crisim attende si remanserit vrina valde tincta
notans flammam epatis et fiat epithima epati ex tact9
super regimine acutarum.replico tamen leue.℞.aque
lactucis aut cucurbite.℥.ij.aque endiuie.℥.iiij.sandalo
rum rubeorū.℈.iiij.spodij.ʒ.ß.aceti.ʒ.ij.misce et fiat epi
thima ante cibū expulsis superfluitatib⁹ et tepidū appo
natur.Sis tamen certus epithimare epar quando cō
plete euacuatū fuerit. ¶ Si v̄o post crisim diminutā
oportet euacuare epar considera an natura tentauerit
crisim per sudorem et tunc attende infrigidantibus et
obstructionibus pororum et alijs tactis prouocantib⁹
sudorem.Et si natura tentauerit euacuare per vrinam
exhibe in potu aquam decoctionis seminū frigidorum
Et si addatur aliquantulum aq̄ feniculi non erit malū.
et si tentet aut si tentauerit euacuare vomitu prouoce
tur vomitus et ita de fluxu sanguinis nariu3 est dicen
dum. ¶ Si v̄o tentauerit euacuare solutione tenta
etiam tu euacuare et illud est ꝙ communiter tentatur

vnde si nō declinet feb. post dictā euacuationē potes digerere pmo cuz sirupo endiuie. vt. ℞. sirupi endiuie. ℥. j. sirupi acetosi simplicis. ℥. ß. aque endiuie aq̄ zucchari ana. ℥. j. Aut si colera apparuerit tibi grossior. ℞. sirupi endiuie. ℥. j. sirupi acetosi de radicibus feniculi vel apij. ℥. j. aque zucchari aque endiuie ana. ℥. j. ß. detur q̄tuor vicibus aut aromatizet cuz sandalis rub. Vel fiat hic sirupus. ℞. endiuie scariole lactucarū nouiter ortarum ana. M. ß. se. frigidorum maturorum vt melonis cucurbite cucumeris citruli ana. ʒ. iij. fiat decoctio. deinde coletur in aqua. pone aceti. ℥. ß. deinde aromatiza cū sandalis tribus. ana. ʒ. ß. et post aromatizationē siue alterationē sirupū cum zuccharo albo. Deinde fiat euacuatio pmo ex dictis Auicē. vt. ℞. scamonee correcte sufficiēter trite a gra. j. vsq ad. ij. iulep rosarum. ℥. ij. aque zucchari ℥. j. ß. in potu tribuat. sed hoc non est domesticuz. ¶ Secunda descriptio tangitur per Auicē. vt. ℞. mirabola. citrinorū a. ʒ. j. vsq ad. iij. terantur sufficiēter et infundantur dicte decoctioni passularum in qua dissolue cassie fistule. ℥. j. ß. in potu tribue. ¶ Aut. ℞. prunorum tamarindorum passularū ana. ℥. ß. mirabola. citrinorum. ʒ. ij. coquantur inuicē postea cola et in colatura. ℥. v. aut. iiij. dissolue māne aut cassie. ʒ. vij. Vel si trāsierit colera versus adustionē. ℞. folliculorum sene. ʒ. ij. prunorum tamarīdorum passularum ana. ʒ. j. ß. mirabola. citrinorum indorum ana. ʒ. j. coquātur omnia in aqua fluuiali. ℥. x. ad consumptionē tertie partis. deinde. ℞. aque sublimationis fumiterre ℥. j. et in illo toto post colaturam in. ℥. v. dissolue manne aut cassie. ʒ. vij. Aut. ℞. reubarb. ℈. iiij. infunde in vino albo subtili. ℥. j. aut gra. iij. spice. Deinde cola et exprime vt est tactum cum aqua. ℥. iiij. decoctionis prunorum et tamarindorū et modico capillorū veneris misce in aqua et dissolue māne. ℥. j. cassie. ℥. semis. Vel. ℞. electuarij de succo rosarum. descriptione Mesue a. ʒ j. vsq ad. ij. manne aut cassie vt dictum est dissolue in dicta decoctione aut in aqua decoctionis lupulorum. Aut. ℞. dyaprunis de-

scriptione Nicolai a.ʒ.ij.vsq̄ ad.℥.ß.⁊ dissoluantur in aq̄ decoctionis lupulorũ aut zucchari: deinde in potu tribuatur. ¶ Item conuenit decoctio capillorũ veneris clarificans sanguinē ⁊ mundificans ipsũ a corruptione materierũ permixtarũ ⁊ competit ad acuitatē eius ⁊ coleram cuius descriptio hec est. ℞.capillorũ veneris ℥.j.ß.fumiterre.℥.ß.lupulli.viol.siccarũ.añ.ß.ʒ.viij.prunorum.iiij.numero.iuiubarũ.xx.coquātur in lib. aque.iij. cum facilitate vsq̄ dum redeat ad librã.j.⁊ pone in ea cassiefistule.mundate a corticibus suis.℥.iij. tamarindorum.℥.ij.māne.℥.j.reubarba.ʒ.x. fricentur manib⁹ et colentur ⁊ propinetur in mane.⁊ quādoq̄ ponitur loco aque seri caprini lib.iij.dosis est a.ʒ.iij.vsq̄ ad quinq̄ cum aqua zucchari ⁊ aqua sublimationis fumi terre. ¶ Aut.℞.cassie pingl.⁊ bone.℥.j.dymāne.ʒ.ij.ß.bñ misce inuicem ⁊ fiat ad modum dactili ⁊ asperge modico zucchari ⁊ ad comedendũ tribue. ¶ Aut.℞.reubar.ʒ.ij.spice.℈.semis.⁊.℥.j.ß.vini boni subtilis aromatici infundantur ⁊ bene misce subtilissime puluerizata ⁊ post q̄ꝫ siccata sunt fac pillulas cum succo de roß. tribue a.ʒ.j.vsq̄ ad.℈.iiij.Eodem potes facere pillulas ex mirabola.citrinis.Aut etiã.℞.succi roß.rub.recentiũ.ʒ.iij.māne.℥.j.in potu da cum aqua lupulli. Post'vo debitas euacuationes tempta ꝓuocare vrinā dando in potu vinum subtile album. ¶ Item ponendo ad bulliendũ cũ cibarijs suis semina cōmunia.aut cōmiscendo fercula decoctionis emulsionum seminũ:aut capiēdo duas radices endiuie ⁊ vnā feniculi. ¶ Itē in fine ad ꝯfortationem epatis confert confectio de sandal' siue triasandalis descriptione Nicolai dando.ʒ.ij.dicte confectionis siue.ʒ.j.per horas tres ante cibum cuius descriptio est hec.Triasandal'.dicitur a tribus generibus sandalorũ scilicet alboꝝ rubeoꝝ ⁊ citrinorum qui illic intrant proprie valet contra dolorem epatis et stomachi ptisicis ethicis ictericis mane et meridie ad modum castanee datum multum confert.Cuius descriptio.℞. sandaloꝝ

3.a

alborum rubeorum et citrinorum ros. zucchari ana solidos.ij.reubarba.spodij.succi liquiricie seminis portulace solidum.j.semis amili gumi ara.draganti seminum melonum.citranguli cucumeris cucurbite seminis scariole solidum.j.camphore.℈.j.ros.spodij.quadruplum et detur in modum castanee.Vel sumatur puluis huius totius dragme.j.semis.et cum modico zucchari fiat confectio solida.vel potes ita facere.℞.pulueris triasandalorum.℈.iiij.margaritarum nouarum.℈.semis fragmentorum saphiri iacincti ana gra.ij.subtilissime tritorum auri.℈.semis infundatur puluis aque rosa.et aque buglose duplando aqua rosarum. et cum zucchari albissimi vncijs sex fiat confectio solida.¶ Et si velimus confectionem minus frigidam conuenit dyarodon descriptione Mesue aut Nicolai dando dragmas tres pro vice. ¶ Post vero euacuationes et in fine tertiane pure licet non sit vsuale tempore presenti conuenit balneum aque dulcis tepidum boni aeris in quo stet modicum: post intret lectum et ibi sudet post sit hora balnei declinante paroxismo toto.Et si apparuerit conuenientia prime balneationis iterandam fore opinor.Deinde.℞.olei rosarum violarum ana dragmas tres aceti dragmam vnam concutiantur inuicem et ex his concussis inungantur spina et renes aut sit hora balnei hora quietis a paroxismo distans siue ordinem sequens vt tibi apparet.Post balneum et sudationem et post vnctionem fiendam tribue in potu etiam bene quietato corpore vinum album sapore medium virtute paruum aut limphatum aqua cocta cum zuccharo.Et ad comedendum exhibe de dicta confectione vel manuschristi cum perlis et si abhorret confectionem tribue modicum subtilis mice panis infuse vino post ciba ipsum hora sua tempore paroxismi quale sit habetur ex prehabitis.

¶ Quid sit fiendum tempore rigoris.



Egimen vero seruandum tempore paroxismi quale sit ex prehabitis patere potest. tempore em̄ rigoris quid sit de cibatione fiendum satis patet. tunc tamē vitetur potus somnus ⁊ comestio. Et si reuerteretur ad vomitum vel nauseam iuua vt tactum est cū aqua zucchari tepida ⁊ modicissimo aceto cū sirupo acetoso simplici cū triplo aque tepide. aut decoctionem cape seminū cōmunium. ʒ. iij. ⁊ cum. ʒ. semis sirupi acetosi simplicis prouoca tu vomitū digito imposito gule aut pēna inuncta vel non inuncta colluat sibi os cū aqua ordei. ¶ Adueniente vero augmento temptetur debita fricatio ⁊ regulariter non bibat. Sed colluat sibi os frequēter ⁊ sitim decipiat tenendo in ore candeos aut que dicta sunt in regimine sitis. ¶ Et si doluerit caput aut alia accidentia prefuerint perquire superius in regimine eorum. Adueniente statu alleuia infirmū pānis maxime circa pectoralia sit aer frigidus aromatizatus. attende etiā siti cum his que dicta sunt. Et si omnino desiderauerit bibere tribue aquam ordei si potes sine alio aut modicum zucchari: aut aquam coctam cum iulep viola. Aut si descesserit laxitas stomachi tribue iulep rosa. ⁊ si abhorret ex toto dulcia tribue sirupum acetosum simplicem cum aqua cocta simplici aut tribue alia que dicta sunt ad sitim: cauendo tamen a principio ne stipticis dominantibus in mixtione vtaris. ¶ Si vero fuerit sitis iuxta finem et temptauerit natura sudorem et valde sitiuit infirmus in potu tribue ciphum vnciarū sex aque ordei vel zuccharate. ¶ Deinde leuiter cooperi infirmum vsquequo dormiat et sudet et completo sudore absterge. ¶ Et si iterum sudare voluerit proba. Et si iterum declinata febre dormire voluerit bonum erit. Et si post dormitionē expediens fuerit lenificare ventrem fac cum clisteri vel suppositorio; vel balnea vt di-

3.6 - 292

xi: licz non sit vsuale: horam balnei ex dictis collige. ¶ Si vo post complemētum paroxismi remaneat ad calorē aut post completā crisim fac fricationes et si tibi videt epithimare epar epithma ⁊ cor ex hijs q̄ dicta sunt in regimine acutarum. ¶ Et si constet tibi poros esse obstructos aut vias vrine aut grossioris materie aliquid remanserit conuenit tunc sirupus acetosus cō positus ex decoctione radicū frigidarum vt endiuie et lactucarū. Et si sit expediens facta ingrossatione maiori materiei prebe sirupum acetosū compositum ex de coctione dictarū radicū feniculi et apij.

292

Seq̄tur regimen tertiane continue ex colera pura.



Expedito regīe tertianepure interposite ex dicta matia colerica ꝓueniente. seq̄t regimē t̄tiane ꝯtinue ex eadē matia ꝓ cedēte. Cui⁹ regimē sit̄r i. ij. ꝑtiendū scz in regīe nō naturaliū rex ⁊ medicinali um. ꝑmū cōplet sit̄ib⁹ quib⁹ ⁊ regimē nō naturaliū rex tertiane īterposite nisi q̄ regimē cōtinue deberet esse subtili⁹ qr in ea nō est q̄es et qr est fortiox accidentiū. et qr natura est magis intē ta circa materiā vnde regularit̄ operando nec hic cōpeteret caro. ꝑpt̄ tamē cōem vsuz qr exhibere oz minoret inquantū possibile est ⁊ sit magis limphatū vinū et caro ex infrigidātibus correctorū. Medicinaliū vo regi men sit̄ vt interpōita: deiñ est ꝑmo attēdēdo lenitati cū clisteri lenitiuo faciēdo ipm frigidū ⁊ p̄la alia vide ex dictis aut exhibēdo aliqd lenitiuox tactox ꝑ os. Deīde si apparuerit abūdātia sanguīs ex admixto colere fecū fiat flobotomia ex vena dicta ⁊ extrahat maior quanti tas sanguis alio p̄ti q̄ in t̄pollata ꝑpt̄ maiorē feruorē colere et sanguinis. Et ꝑpt̄ flobotomiā stipticū ventrē oportuerit lenificare fiat linitiuū clistere. vel det ꝑ os linitiuū tactū. et fiant hec oia tp̄e minoris afflictionis

et distantia ab acerbatione. Et si necessariũ fuerit maiorem minorationẽ ꝓpria vitetur solutiua calida vt scamonea ꝛ silia ꝛ exhibeatur mãna vel cassia in decoctione prunorũ et tamarindoꝝ vt dictũ est' aut alia q̃ ex regimine tertiane pure collige. Aut si pur volueris addere aliq̃d adde infusionẽ reubarbari cũ vino albo subtili paucifero. Digestiuũ vero similiter fit sirupus acetos' cũ sirupo endiuie vt. ℞. sirupi endiuie sirupi acetosi simplicis ana. ʒ. vj. aq̃ endiuie. ℥. j. aq̃ zuccari. ℥. ij. misce et sumat. iiij. vicibus aut v. Deinde euacua cũ isto. ℞. decoctionis seminũ cõium viol'. passulaꝝ. ℥. v. dissolue cassie aut mãne. ℥. j. ß. elec. de suc. ro. a. ʒ. j. vsq; ad. ij. et exhibe dyaprunis descriptione Nicolai non scamoneatuz. aut exhibe infusionẽ reubarb. tactã aut infusio agarici cum sirupo acetose simplici cũ aqua decoctionis seium cõium ꝛ viol'. ꝛ aqua endiuie sublimata. ¶ Deinde si fuerit oportunũ dare digestiuũ exhibeatur sirupus acetosus cõpositus cũ decoctione seium frigidorum addendo aquã decoctionis feniculi anisi apij. aut aquã sublimationis dictaꝝ vt. ℞. endiuie aque viol'. aq̃ capill'. veneris aque acori ana. ℥. ij. aque feniculi aque buglose. aã. ℥. j. aceti. ℥. ß. aromatizentur cũ sandal'. ℈. v. Deinde post colaturam sirupizentur cũ zuccaro albissimo. diuidantur in tres partes ꝛ in qualibet partium sumatur aq̃ endiuie. ℥. j. aque decoctionis seium cõium zuccarate. ℥. ij. post assumptionem sirupi vicibus q̃bus apparet assumenduz tribue solutiuũ tactum. Posses etiam tribuere infusionem mirabol'. citrinorum. ¶ Post euacuationes epithima cor et epar cum epithimatibus dictis. Aut vnge epar vt est tactum in regimine acutarũ. Iteȝ conuenit ex confectionibus confectio triasandalorum Item pruna zuccarata vel pira. ¶ Tempore vero exacerbationis seruentur modi proportionabiles regimini paroxismi interposite vt quia in principio non dormiat nec cibetur Et si sitietur blandiatur siti colluendo os aut tenendo alia blandientia in ore vt candi et sil'ia.

¶ Item fiant fricationes leues ⁊ deobstructiones pororum. Procedente vero augmento ⁊ in statu non cõuenit potus ⁊ etiam blandiatur siti vt dictum est in regimine sitis. Et si pur cogatur bibere fiat vt dictũ est in regimine sitis de potu aque ordei solum vel modicum zuccharate. Aut sumatur aqua zuccharata ⁊ ita transeat vsq; ad finem status. Similiter conueniunt prehabiti pot9 vt aqua simplex cocta cum iulep viola. aut rosarũ aut lactucarũ vel endiuie. aut etiã in aqua cocta cũ succo arãcij ⁊ modico zucchari. ¶ Vinũ autẽ exacerbationis nõ conuenit9. Et si ppter debilitatẽ aut laxiuiam virtutis ⁊ stomachi expediat dare vinum sit aquavinata. ¶ Itẽ conuenit in isto casu mixtura ista. ℞. zucchari viola. ℥. j. boraginati zucchari buglosati manuschristi cu; plis añ. ℥. ß. icorporent ad inuicẽ: ⁊ sumat ℥. ß. ⁊ infundat i ℥. iiij. aq simplic; cocte frigide ⁊ post infusionẽ colet et colatũ in potu det. Et si circa declinatiões apparuerint signa sudor; fiat vt dictũ est de adiutorio eius in reg ie iterpolate. ¶ Itẽ post sudorẽ aut nõdũ vento vel vẽturo in declinatione conseruante ꝯuenit somnus ⁊ post somnum fricationes ⁊ alia que per te vide.

292 ¶ Remediũ tertiane ꝯtinue ex adustiõe sanguĩs.



Habito regimine tertiane interpolate vel continue procedente a materia colerica naturali sequitur regimen cõtinue vel interpolate a colerica materia ⁊ putrefactione vel adustione sanguinis causata. Cuius regimen est silr in duo diuidendum: qr in regimen non naturaliũ rerũ ⁊ medicinaliu; magis primũ regimen est conforme satis regiminibus p̃habitis nisi qr magis ad frigidũ ⁊ humidũ declinare debeat in tertiana interpolata proueniente ex ista materia et ita in continua ꝙ interpolata vel etiã ex predicta colera ppter hanc colerã debet esse calidiorẽ ⁊ sicciorem ⁊ pbabitur grossiorem. ¶ Regimen vero medicinale seruetur vt est tactum ⁊ lẽniatur venter cu; clisteri tacto. Aut

℞.viol.matrū viol.salicū lactucarum.ana. M.s.aque cucurbite.a que viol.ana.℥.j.fiat decoctio p̄marū rerū ex qua capiatur.℥.x.aut lib.j.deinde.℞.cassief.℥.j.olei viol.℥.iij.zucchari viol.aut iulep viol.℥.ij.salis.ʒ.iij.cola aut clisteriza ⁊ augmenta clistere ꝭm corporis dispositionem ⁊ quātitatē.Deinde flobothoma ꝭuatis alijs ꝯditiōib⁹ habitis.deinde leni ventrē vt est tactū.Deīde p̄be sirupū tactū:adde tn̄ aque sublimatōis fumisterre.

¶ Regimen tertiane nō pure ex colera citrina.



Equit regimen tertiane non pure cuius non puritas potest esse ꝓpter mixtione3 flegmatis ⁊ hoc potissimū diuidendū in duo ꝭm ꝙ colera fit preter naturam ad mixtionē flegmatis aquosi vel grossioꝝ. A p̄mo ergo inchoādū diuidendo sic̄r regimen hui⁹ in regimen medicinaliū ⁊ nō naturaliū inchoādo a p̄mo dicendū de aere que3 oportet declinare ad frigidū ⁊ hūidū min⁹ tn̄ q̄ in p̄habit; tertianis sit tn̄ aromatizat⁹ modis q̄s ex p̄dict; hr̄e potes.¶ Scd̄o de cibo dicendū ꝙ sit grossioꝛ ī p̄nci.q̄ in pura nisi cōiungeret multa repletio ꝓpter q̄s vt al's dixi op3 nos plus subtiliare in ꝓcessu q̄ in p̄nci.ingrossando tn̄ maioꝛ sit aut minoꝛ ꝭm ꝙ plus a puritate aut īpuritate recedit ⁊ ita ꝭm.ꝙ est lōgioꝛ vel breuioꝛ:⁊ ꝭm alias conditiones plus aut min⁹ cibationē indicātes ⁊ ꝭm accidētia ⁊ mūdificationē febriū ⁊ prolongationē paroxismoꝝ:⁊ ita de potu dicendū.qd de motu ⁊ quiete dicendū satis cōstat. Et quia fricatiōes motui quodāmodo supponant de fricatione dicendū ꝙ op3 esse longiorē fortiorē ⁊ frequentiorē q̄ in tertiana pura.Causa clara est ꝓpter colera3 esse grossiorē ⁊ flegma aquosu3 grossius colera:quō ꝭo debeat fieri fricatio ⁊ q̄bus horis satis ex dictis cōstat. ¶ De somno ⁊ vigilia dicendū somnus igit̄ minoꝛ sit in tertiana non pura q2 maioꝛ intentio est ad resolutionem materie:nec tanta restauratio requiritur ex actione caloris preter naturam in non pura sicut in pura.

¶ Posset tamen hoc molestari ꝑpter longitudinē ter-
tiane non pure. Puto tamen vt dixi tenendum: mensu-
ra somni sit horarū sex aut septem ad plus. Vitet som-
nus diurnus quātum fieri potest. Nec dormiat assum-
pto cibo nisi saltim transactis horis duabus. De inani
tione ⁊ repletione cibi ⁊ potus quid sit dicendū patet
per dicta ⁊ euacuatione ⁊ retentione vnde querat val-
de expulsio superfluitatū per loca ꝑpria. Et querat ex-
pulsio fecum omni die bis saltim cum suppositorio cō-
muni de melle. Et aliquādo fiat clistere minus frigidū
q̄ in tertiana pura ſm gradum in puritate: poterit ta-
men hoc cōmune fieri. ℞. mercurialis blete malue spi-
nachie matrū violarum. ana. M. ß. ordei. M. j. fiat de
coctio in libris duabus aque ad cōsumptionē tertie par
tis. deinde cola vt. ℞. colature librā vnam vsq̄ ad. ij. in
qua dissolue cassief. bone pinguis ab. ℥. j. vsq̄ ad. ij. ouo
rum vitella. ij. mell. viola. zucchari ana. ʒ. vj. olei com-
munis. ℥. iij. Aut. ℞. lupullorū blete mercurialis florum
altee ana. M. j. ordei. M. ß. fiat decoctio vt dictum est.
Deinde. ℞. cassief. yerepigl. ana. ℥. ß. ouorū vitella. ij.
mell. ros. zucchari rubei ana. ℥. j. olei ⁊ salis. vt dictum
est. ¶ Venio ad quintū vitent excellentia accidētia aie
⁊ fiat sicut in tertianis p̄dictis lʒ minus verenda sint
in ista q̄ in alia tertiana pura alio pari. Quid de coitu
dicendū satis constat. ¶ Expedito regimine nō natura-
liumvenio ad medicinaliū qd in multa parciendū est.
Primo in euacuatione materierū cōmuniū ⁊ ꝑpriarū.
Secūdo in p̄parationē earū. Tertio in eradicationem
earū. Quarto in rectificationē membrorū. Quinto in re
gimine attendendum in tēpore actualis afflictionis.
¶ Quātum ad primū p̄mo querat lenificatio cōmunis
de quo dictum est. Aut vt cōmunior fiat hic lenificatio
detur p os. hoc lenitiuū ⁊ pro parte absterfiuū. ℞. iuiu-
barum passularū ana. ℥. semis prunorū tamarindorum
ana. ʒ. iij. liquiricie. ℥. semis. fiat decoctio in. x. ℥. ad con
sumptionē tertie partis in qua post colaturā dissolue

⁊ misce oximellis simplicis.℥.ij.aut mell'.rob.colati.℥.j. semis cassief.℥.j.mane.℥.ß.aut si non fit magna impuritas potest exhiberi dyaprunis descriptione Nicolai siue pulueris tacti.℥.ß.in.℥.iij.aque decoctionis prehabite ⁊ dissoluti mellis rosati colati.℥.j. ¶Si vero oportuerit minorare minoratione vtraq; tunc.℞.iuiubarū liquir͡.passularū ana.ʒ.ij.prunorū.ʒ.j.viol'.v.M.j. fiat decoctio modo dicto in qua dissolue mane cassie ana.ʒ.vj.electuarij indi.ana.ʒ.ij.et in potu tribue. ¶Aut.℞.turbith.ʒ.j.zinzib.℈.ß.fac bullire leniter in dicta decoctione.Deinde colet sine expressione ⁊ in potu det.Si vero facta minoratione cōmuni apparuerit materiā esse ꝯmixtā sanguini fiat flobothomia: ⁊ quātitas sanguīs sit in medici cōiectura.Si vero post flobothomiā remanserit stipticus vēter leniat clisteri aut lenitiuo vt tactū est.Digestiuū vero conueniens vt ex Auicē.sumitur.pōt esse hoc.℞.sirupi acetosi simplicis.℥.j.mell' rosati colati vnciā semis aque zucchari.℥.iij.Aut.℞.sirupi rosati ro.recētiū.℥.j.oximellis simplicis.℥.semis aque zucchari vt dictum est.Aut.℞.iulep rosatū oximellis vt dictū est.vel mellis rosati colati.Aut sirupi endiuie.℥.j.mellis rosati colati.℥.semis aque zuccharivt tactū est. Et iste diuersitates siruporū intelligātur fm diuersas proportiones calidarum materierum ad flegmaticas subtiles.Et intellige sirupum acetosum ex lactucis siue ex alijs quorum preterijt sermo.Deinde post assumptionē sirupi exhibe solutiuū liquidū vt.℞.manne ab.℥.j.vsq; ad.j.semis dyasiniconis a.ʒ.ij.vsq; ad.iiij.dissolue in aqua zucchari.℥.ij.aque capilli veneris.aque endiuie ana.℥.semis.Aut exhibe pillularū aggregatiuarum a ℈.ij.vsq; ad dragmā vnam.Deinde pertransito alio die ⁊ minorata materia potes resoluere digestiuum.vt.℞.aque endiuie scariole cicoree ana vnciaȝ vnam semis. Aque absinthij feniculi ana vncia vna ⁊ fiāt aque sublimationis sirupizentur cuȝ zuccharo rubeo.Et sit hec duarum vicum dosis ⁊ multiplicetur vsq; ad quinq; vi-

tes. Deinde euacua cum hijs que dicta sunt. Post euacuationes conuenit confectio diarodon tacta loco trociscorū. Et si expedit propter stomachum frigidum addesupradictis cynamomū. Eius dosim fac. ¶ Tempore vero accessionis actualis quod fit frigidis satis constat. ¶ De somno cibo et potu seruetur ordo qui tactus est sed fiant fricationes fortiores. Sed minus de potu in hoc casu necessarium conuenit. Balneum etiam: quia non est vsuale et quia maiores requirit circunstantias in isto casu vitetur. Sed licz scita natura et completa declinatione vniuersali et quasi tota euacuata materia conueniret balneum aque dulcis: tamē conuenit aqua in tertiana pura et in summa alio pari minus frigida ex parte omnium conueniunt calida in ista febre quam in tertiana pura. In augmento autem ad coquendum in cibo ponatur duplum aut quomodolibet aliter plus radicum endiuie et sub multuplo aque feniculi et ita potu subtiliori aut vino albo magis subtili subutendo in ista febre et aqua cocta decoctione radicum endiuie et post etiam in processu ponatur aliquid radicū feniculi iste tamen aque non sunt in vsu cōmuni.

49 ¶ Capitulum de febre tertiana nota ex colera vitellina.



Posito regimine tertiane non pure note prouenientis a colera citrina prouenitendum est regimen tertiane prouenientis a colera vitellina quod eodem modo bipartiendum est. Et quātum ad regimē non naturalium dicendum res illas debere declinare ad frigida cum colera dominetur flegmati. Et attendere debemus magis subtiliātib⁹ et incidētib⁹ et magis debem⁹ vitare stiptica et grossa in hoc casu naz discurrere per regimen quia patere potest transacto septimo die et maxime sumptis

minorationibus communibus et cibarijs radicis feniculi bul liende etiam sunt. Et post decimūquartum diez maxime precedente minoratione propria aliqd de capparibus in principio cibationis tribuatur. ¶ Item auicule infuse aceto tribuantur cocte cuz saluia et roremarino vel aliquanto eupatorio vel altero simili aperiente. De somno patet in hoc casu minorem conuenire q̄ in dictis tertianis. ¶ Item fortiores fricationes. de alijs patet quid fiendū. Quantum ad medicinalium regimen dicendum minorationes communes debere premitti cum clisteribus de mente Auicenne acutioribus quorum acuitas ex parte fieri potest vt plus ponatur ī istis aut secundo vbi in primis in puris tertianis cōpetentibus ponebantur solutiua: hic ponatur de yerapigra vt. ℞. blete mercurial'. matrum violarum aā. M̄ ß. ordei quartam. Manipuli vnius fiat decoctio in aq̄ quantitatis solite. Post colaturam. ℞. cassiefistule bone et pinguis zuccari rubei ana. ℥. j. yerepigre. ℥. ß. vitella ouorum numero duo olei communis. ℥. iij. salisgemme dragmam. j. aut salis communis more solito. Consideretur tamen vt ex Auicēna sumitur impuritas gradus et proportio colere et flegmatis et acuitas clisteris et ſm hoc varietur. ¶ Aut potes per os linire vētrē primo ex mente Auicenne. ℞. mellis roß. colati. ℥. ß. sirupi acetosi simplicis. ℥. ij. bulliat mel siue coquatur lento igne cum. ℥. ij. aque zucchari. Deinde coletur et colature. ℥. ij. semis. vel. iij. sumātur et cum dicto sirupo acetoso misceantur: deinde detur in potu. vel. ℞. aque zucchari albi. ℥. quattuor. in qua dissolue cassie ab vncia. j. vsq3 ad vnciam vnam semis. ¶ Si vis facere fortius ℞. turbith boni et gumosi. ℈. duos. al's dragmas duas fac bullire in aqua zuccari leui bullitione sine expressione. Deinde cola et misce vnciam vnam cassie et in potu tribue aut loco turbith ponatur agaric⁹ cū modico zinziberis vt grana. iij. ¶ Si v̄o fuerit distātia magna huius tertiane non pure a pura tribue agari-

cum et dimitte turbith. Iterū et ꝑcepto Auic. si soluti-
ua vitare possumus bonū est ⁊ cōpeterent clisteria ⁊ ex
Auic. hoc colligere possumus vt. ℞. timi aut ysopi flo-
rum camomille blete ana M. ß. viol. M. j. iuiubaꝝ se-
bestē ficuū siccarū pinguiū. añ. ʒ. iij. maluе altee añ. q̄si
M. ß. fiat decoctio in aqua dissolue siue puluerizatum
pone turbith. ℈. iiij. zinzib. ℈. j. fac bullire leniter deīde
cola et misce cassiefi. bone pīguis ab. ℥. j. vsq℥. ℥. j. ß. zuc-
cari ru. ℥. j. olei sisamini olei cōis ana. ℥. j. ß. vł ī dosi cōi
et fiat variatio clisteri ſm impuritatē graduū. Aut. ℞
malue mercurial. blete matrū viol. ordei camomille añ
M. ß. fiat decoctio in aqua post colaturā bulliant. ʒ. ij.
agarici. Deinde cola sine expressione. Postea. ℞. cas-
siefi. ℥. j. ß. zuccari ro. ℥. j. vitella. v. ouoꝝ recentiū salgē-
me. ʒ. j. olei cōis. ℥. iij. aut loco agarici turbith pone ele-
ctuarij indi ⁊ sine bullitione cola et fac clistere. Si vo
facta lenitione appareat dominiū sanguis flobotoma
de venis tactis in cura tertiane pure ⁊ extrahe sangui
nem vt apparet tibi. Deinde ad digestiua transeundū
⁊ si remāserit impuritas tunc ꝯuenit prehabitum dige
stiuū cōe vt. ℞. sirupi acetosi. ℥. ß. mell. ro. colati. ℥. ß. aq̄
zuccari. ℥. iij. misce et bonū est vt hic sirupus sit minoris
acetositatis et de hoc sirupo sumat vsq℥ ad cōplemen-
tū. v. diei siue ad operationē digestionis. Si deinde vi-
detur minorandā esse materiā ex prehabitis addendo
virtutē turbit ⁊ vt agarici vel electuarij indi aut diaf.
¶ Aut si esset dn̄atiuus flegma non dico supra colerā sȝ
respectu ei⁹ qḋ etiam in alia tertiana supra colerā. ℞.
sirupi acetosi vt dictū est et adde aquā viuam q̄ꝛ feni-
culi. ℥. j. ¶ Pertransito vo alio dic potes exhibere siru-
pum acetosuȝ duarū radicū descriptum supius cū melle
ro. aut. ℞. aq̄ feniculi aq̄ absinthij ana. ℥. j. ß. infusi. ℥. ij.
mellis ro. in aqua zuccari. ℥. iiij. aceti. ℥. j. incorporentur
fit ꝑ duabus vicibus et ita capiat vsq℥ ad. xiiij. vsque-
quo appareat manifesta digestio. Deinde euacua addē
do dosim dictoruȝ solutiuoꝝ aut ex Auic. ℞. yerepigre

vel eius pulueris.ʒ.v. succi lactucarum eupatorij an̄.ʒ.
iij. seminis apij si nimis sicce fuerint dosim dic esse .ʒ.
iij.sit dosis a.ʒ.j.vsqꝫ ad.℈.iiij.Et iste pillule sunt satis
vsuales:loco quarum vti potest yerapigra simplici Ga
lieni aut pillul̃. de turbith quas nominat Mesue aure
as ⁊c̃.cuius littera habet:Pillule turbidate coleram et
flegma sine molestia: purgant stomachum ⁊ epar con-
fortant ⁊ digestionē perq̄rant.℞.turbith boni.ʒ.iij.alo
es boni.ʒ.j.ß. et licꝫ in alio sit alia dosis: masticis roß.
an̄.ʒ.vij.mirabolanorum citrinorꝝ ⁊ kebulorum ana.ʒ.
v. licꝫ aliter habeat littera alia:croci.ʒ.ß. confice cum
succo absinthij.⁊ dosis sit.ʒ.j.Item describit descriptio
ne inmediate sequenti alias pill̃as turbidatas ibi:pill̃e
turbidate alie similis ꝟtutꝫ.Item conueniunt stomati-
ce prime pillule descriptione Meß.Item.ij.et.iij.Itē
stomatice pillule quarꝝ denominatio est hec. Pill̃e no-
stre stomatice.Item pill̃e alie stomatice et earū doß est
a ℈.ij.vsqꝫ ad.ʒ.j.Item cōueniūt pill̃e aggregatiue q̄rꝝ
denominatio est ex Meß.ex inuentione nostra.Pillule
aggregatiue maiores et minores.Itē cōueniūt de ele
ctuarijs dyasinicon de quo dictum est. Item electuari-
um indum . Item in littera Auicenne posita decoctio
ex inuentione sua.Cuius descriptio.℞.eupatorij absin
thij. mirabo.kebulo.an̄.ʒ.v.se.melonis.se.cucumerꝫ.se.
citruli apij polipodij sucaha bedagar.an̄.ʒ.iij.turbith.ʒ
j.cassie.ʒ.vj.passularꝝ enucleatarꝝ.ʒ.xx.sebesten.xxx.nu
mero ficuum.x.gelaniabim facti cum rosis siccis .ʒ.xv.
coquantur omnia ßm hanc descriptionem ex quo suma
tur quātitas .j.lb.ī qua post colaturā poue.iiij.gra.sca-
monee correcte et ex tota decoctione sumātur.ʒ.iij. ista
tamē non est vsualis.Et tutius est loco scamonee pone-
re.℈.iiij.vel.ʒ.j.electuarij de succo ro.aut.ʒ.j.ß.dyaman
na descriptione Mesue aut sumantur.ʒ. iij. dyasinico-
nis cum.ʒ.iij. dicte confectionis excluso turbith. ¶ Itē
in isto casu ꝯuenit medicia fortꝫ de interlocutione Aui
cenne cuius descriptio, ℞. turbith.ʒ.ß,scamonee grana

ij. Credo sic meli⁹ vt sumam⁹ dyaficonis.ʒ.ij.cū.℥.j.mā
ne vel cassie in aqua zuccari aut aq̄ decoctionis passu-
laꝶ et liquiritie aut sumaꝭ agarici.ʒ.j. fundaꝭ in melle
ro.cū modico spice et salgēme et sumaꝭ.ʒ.j. dyafinico-
nis et sumaꝭ cū melle ro.℥.ij.infuso in aqua cocta. Aut
infundaꝭ agaricus caliditate exñte intensiori in succo
ro.recentiū vel in sirupo ro. Aut. ℞.agarici.℈.iiij.infū
dātur in succo ro. recētiū cōsolatis cū spica et salisgē-
ma ana.℈.ß.Deinde infundauꝭ ista oīa in aq̄ feniculi
zuccarata.℥.iiij.aut infundaꝭ illius agarici.℈.j.in siru
po ro.℥.j.aut iulep ro.et infusione cū triplo aq̄ dicte su-
maꝭ. Conueniūt etiā in isto casu pillule aggregatiue pre
bendo dosim ꝓuā. Aut pillule auree sicut turbidate de-
scriptione Mesue. ¶ Itē cōpetere pōt electuariū indū
ꝓbēdo.ʒ.j.aut.ʒ.j.ß.cū.℥.j.māne vel cassie. Item diafini
con descriptione eiusdē exhibēdo.ʒ.j.vsq̧ ad.iij.cū.℥.j.
ß.cassie ⁊ māue cū aq̄ zuccari vel feniculi.

493 Capitulū de febre colerica permixta melā-
colie aduste siue colere aduste.



I vo ꝓuenerit vel fuerit tertiana ipura
ꝓueniēs a colera ꝑmixta melācolie ad-
uste siue colere aduste seruet regimē ta
ctū in tertiana ꝯtinua declinās valde
ad frigidū ⁊ hūidū et cōuenit tale dige-
stiuū. ℞.sirupi acetosi simplicis sirupi
viol.ana.℥.vj.aq̄ simplicis cocte.℥.iiij.
zuccari.℥.j.Aut.℞.iulep viol.℥.j.ß.aceti.ʒ.iij. zuccari.
℥.j.misce deinde.℞.māne.℥.j.ß.reubarb. infusi vt dictū
ē.℈.iiij.electuarij de succo ro.ʒ.ß.i potu tribue.Aut.℞
aq̄ sublimationis fumiterre aq̄ endiuie aq̄ decoctiōis
foliculoꝶ sene aq̄ buglose ana.℥.j.reubarb.infusi vt de
cet.aut aq̄ infusionis ei⁹.℈.iiij. infusionis mirabolano
rum indoꝛuz.ʒ.ß.cassie ab.℥.j.vsq̧ ad.℥.j.ß.misceantur
oīa in dicta aqua addita aqua decoctionis pꝛunoꝛum
et in potu exhibe. Aut pꝛo digestiuo.℞.aque buglose.
℥.j.ß.misceantur omnia in dicta aqua addita aqua de-

coctionis prunorum et in potu exhibe. Aliud pro digestiuo. ℞.aque buglose.℥.ij.aque fumiterre.℥.iiij.aq̄ ros.℥.j.aceti.ʒ.vj.iulipizet cum zuccharo et in tribus vicibus sumatur deinde euacuetur vt est tactū aut cū alijs dicendis in cura quartane.

¶ De tertiana si fuerit permixta mel'ie naturali.



I vero ꝑueniat tertiana a colera ꝑmixta melācolie naturali siue frigide melācolie declina regimē ad min⁹ frigidū ⁊ hūidū ⁊ in isto casu sic digerere potes. ℞.sirupi acetosi simplicis.℥.j.ß.aq̄ decoctionis epithimi aq̄ decoctionis scolopēdrie ana.℥.j.ß.in potu tribue.¶ Aut.℞.sirupi viol'.acetosi ℥.ij.dissolue in.℥.iij.aque buglose ⁊.℥.j.aq̄ zucchari aut aq̄ endiuie aut aq̄ fumiterre aq̄ sticados aq̄ buglose aq̄ decoctionis epithimi ana.℥.ij.sirupizet cū modico zuccaro ꝑ vicibus duabus.Deinde euacuet cū reubar.aut agarico p̄cedēte p̄ncipio fiat euacuatio cū ifusione reubarb.et mirabol'.indoꝝ.et tangent etiā alia loco suo.

¶ De tertiana si fuerit ex colera prassina vel eruginosa.



I vero fuerit ī tertiana et ypostasi et colera prassina vl' eruginosa q̄ratur illaꝝ eductio quāto citius potest.vt.℞.agarici reubarb.ana.ʒ.j.salisgēme spice ana.ʒ.ß.fūdatur in sirupo acetositatis citri vini albi subtilis acetosi ana.℥.j.deinde dicte infusiōi post debitam expressionem misceat aque ros.℥.ij.aque buglose.℥.j.aque zuccari.℥.ij.et in toto isto liquore dissolue manne.ʒ.x. et in potu tribue. Et declinet regimen totum ad frigidum et intentionis prohibitionem ¶ Unde conueniunt sirupi acetositatis citri sirupi limonū sirupi acedule. Itē iulep istorū. Itē cōfectio cordial' vt dyacorallū.Itē cōfectiones facte ex margarit

Item iulep rosatū. Item nenufarinū. Item infusiones zucchari rosꝫ. ꝛ boraginate ꝛ buglosate. Cordialia tamē plura tangent in regimine febriū pestil. Voluit tamē ysaac ex his coleris non posse fieri feb. hoc tamen als discussi ꝛ in presenti relinquo.

294 ¶ Capitulum de causone a colera et humore flegmatico salso. cap. 42. 43. 44.



Egimen causonis qꝫ diuidi pōt ſm diuisionez causonis colerici ꝛ causonis precedentis ex flegmate salso. primo more solito diuidi potest in regimen non naturalium ꝛ medicinalium. Primū regimen sit eiusdē descriptionis ꝛ simile tertiane pure ꝛ continue, ꝛ ab isto non differens nisi ſm magis ꝛ minus. Ceteris eñ paribus frigidiora ꝛ humidiora coueniūt in causonide. Itez egemus dieta magis tenui quātitatiue ꝛ qualitatiue clisteribus ꝛ magis lenificātibus alteratiuis. ¶ In isto etiā casu non coueniunt carnes regulariter operādo: aut si exhibētur, alterate sint cum cucurbita lactuca vel cucumere vel simili vel cum agresta aut endiuie vel sint acetositatis. Pisces similiter parui lꝫ non sint in vsu acetosi. Similiter vt moris est, couenīunt gelatine: vitentur omnia apta inflāmari. Et ideo si exhibeātur oua sorbilia rumpant ꝛ ponātur vitella in aqua frigidissima sepe frigore renouata. Deinde coquantur in agresta aut aceto limphato aqua frigida ꝛ ita acetosata cōdiātur aut coquētur in aq̄ cōmuni et postea comedant īmitto aliquo acetoso cōmuni. ¶ Item in potu regulariter nō competit vinū. Si autē aliqua causa necessitaremur ꝛ maxime cōsuetudine aut laxiuia cōtingēte, sit aquosuz ꝛ sit potius aqua vinata q̄ vinū limphatuz. Comunior igit potus est predictus, vt aqua ordei vel zucchari aut iulep viol. cum aqua vel iulep endiuie, vel lactucarū vl acedule vel rosꝫ. cū aqua zucchari cuz modico arācij vitando aquā simplicē a pncipio. ¶ Somnū etiaz magis

dieta

vinū

sōnꝫ

queramus in ista q̄ in p̄cedentibus febribus matie in tepidiori aere, vt nocte vsq3 ad horā tertiarū diurnium satis vitemus. accidentia anime, excessiua vitāda sunt. alia satis patent.



Sequit̄ regimen medicinaliū. pro quo primo a lenificatione inchoandū si sit expediens faciendo clistere lenitiuum alteratiuū magis, vt est tactuz. vt. ℞. viola. matrum viola. lactucarū ana. M. ß. nenufa. sempuiue. ana. ʒ. ij. fiat decoctio in aqua. Post colaturā dissolue cassiefistule vel māne. ℥. j. ß. zuccharī ros. ℥. j. olei vio. ℥. iij. salis cōmunis. ʒ ij. fiat clistere. Aut fac lenitiuū sic. ℞. prunoꝝ. ℥. j. iniubarū. ℥. ß. matrum violarū lactucarū ana. M. ß. fiat decoctio, in qua potes ponere, si ē magna exiccatio fecū, olei viol. ℥. v. et de cassia ⁊ de zuccharo rub. vt est pretactum. Aut ex solo oleo viol. vel oleo de cucurbita vel lactucarū. Vel sil'r potest fieri clistere aut potes dare p̄ os lenitiuū, nisi venter fuerit stipticꝰ de quo dictū ē in cura tertianē. Unde in ꝓposito ꝯuenit sirupꝰ viol. cū mucillagine psilij, vt superiꝰ est tactū. ¶ Itē aqua fructuū de qua dictū ē descriptione Mes. ⁊ ꝯuenit hoc fortiꝰ lenitiuū ⁊ magis alteratiuū ꝑpter magis exiccari feces in isto causone ⁊ caliditatē esse intēsiorē ipsius plus remissiuū ⁊ lenitiuuz. Cōis tn̄ lenitio est, q̄ dicta est ⁊ p̄habita etiā lenitio intelligit̄. Et facta lenitiōe vētris si vrina ⁊ aliq̄ signa indicauerint colerā esse ꝯmixtā sanguini ⁊ cū ipso peccare, fiat flobothomia basilice dextre: multuz tn̄ caute ne trāseat quātitas. ℥. vj. Et fiat satis mane estiuo tp̄e aut satis sero. Expulsis supfluitatibꝰ ⁊ aliis ꝯditionibus reseruat. ¶ Si vo necesse fuerit in p̄ncipio minorare minoratione ꝓpria colerā, tūc cū lenitiuo misceat̄ infusio reubarba. noīata cū aqua endiuie vel lactu. vel viol. vel cū aqua decoctiōis seminū cōium. ¶ Digestiuuz vo pōt esse sirupꝰ acetositat̄ aut acetositas simplex cū aq̄ endiuie aut aquis tactis. Deinde pōt fieri solutio vētris cū

ſolutiuo tacto. Pillˀe ħ vitande ſunt niſi ꝯficeremꝰ iſto modo. ℞. reubarba. ʒ. ij. ſpice. ℈. ij. infundatur in vino albo ſubtili aromatico ⁊ poſt infuſionē ſiccentur in vmbra. deinde fiāt pillˀe cū ſirupo ro. ⁊ ſit doſ. ℈. iiij. Item cōueniret īfuſio agarici cū ſirupo vio. corrigēdo ipm cū ſpica ⁊ ſaliſgēma ⁊ ꝓbēdo ipm aut cū māna aut caſſia. Itē poſſet infundi reubar. cū modico ſpice cū ſero caprino ⁊ in potu tribue. ¶ Materia etiā miorata et manifeſte ⁊ cōplete digeſta ꝯueīt etiā īfuſio mirabol. citrinoruꝫ. Si v̾o nimiū flueret vēter, ſupiꝰ habuiſti regimē in de regīe acutaꝝ. Itē in regīe fluxꝰ vētris. Itē trociſcos quoſdā ꝯmēdat Auic. in cura cauſonis dū dic; Et ſi fuerit illic ſolutio vētris, etiā dent illic trociſci de ſpodio cōſtricti quoꝝ deſcriptio. ℞. ſpodij roſ. ān. ʒ. ij. ß. croci. vj. ʒ. j. ſeīs portulace cucumerꝫ. ana. ʒ. ij. ſandal. ru. ana. ʒ. j. ß. ſucci liquir. amili ana. ʒ. j. camphore. vj. ʒ. j. ꝯfice trociſcos ⁊ pulueriza puluerizāda, ⁊ ſi aliq̇d eguerit, cape ſirupū mirtinū vel acetoſitatis citri. doſ eſt. ʒ. j. ¶ Scda deſcriptio. ℞. roſ. ru. ʒ. iiij. ſeīs melonis citruli cucurbite ⁊ portulace oīuꝫ ana. ʒ. ij. croci. ℈. j. cāphore ſertā. ʒ. vniꝰ gūmi amili dragagāti ſucci liquir. ān. ʒ. j. fiāt trociſci doſ. ʒ. ij. ¶ In declinatiōe epithimet cor ⁊ epar regulariter operando aut etiam in tempore ſtatus vel augmenti timēdo in eo flāmā ⁊ deſcribat epithima in ſtomacho. ℞. aque ro. ℥. v. aque bugloſe. ℥. ß. ſandaloꝝ alb. ru. ⁊ citrinoꝝ ana. ʒ. ß. ſerici crudi ⁊ minutiſſime triti ⁊ īciſi oſſis de corde ceruī ana. ℈. j. acedule ſeu eiꝰ ſucci ſiue aque ſublimatiōis eiꝰ acetoſitatꝫ citri. aq̄ viol. ana ℥. j. margaritaꝝ ſubtiliſſime tritarū: iacīcti ſaphiri ſmaragdi ana. ʒ. ℈. j. croci. cāphore karabe coralloꝝ rub. ān gra. iij. foliorum argenti ſubtiliſſime tritoꝝ. ʒ. j. miſce ⁊ cū pāno lineo epithima cor. ¶ Iteꝫ epar epithimanduꝫ eſt iſto modo. ℞. aque endiuie. ℥. iiij. aq̄ lactucarū aque viol. ana. ℥. j. ſandal. rub. ſpodij. ana. ℈. ß. aceti. ℥. ß. fiat epithima cū pāno. aut pōt inungi epar, vt tactuꝫ fuit in regīe acutarū. ¶ Itē renes etiā inungi poſſunt cū infri

gidatiuo Gal. vt tactū fuit. ¶ Itē anhelet frequēter su-
per aquā rof. vel nenufar. Et si appareat valde exicca
ri: nō erit malū inungere pect⁹ cū inunctione hac. ℞.
olei viol. ℥. j. ß. olei lactucarū pinguedis galline recētis
ana. ℥. ß. misce ꝛ liquātur oīa ꝛ liquata ponātur ad aquā
frigidā in qua diu stēt. Deinde cuꝫ modico cere fiat vn-
guentū ꝛ vngat pectus. ¶ Item ne caput recipiat vapo
res epithiment frōs ꝛ timpora. aut cape aquā rof. solā
cū modico aceti cōcute et epithima. Alia plura colligi
possunt ex p̄habitis. Ne caput recipiat vapores. ℞. aq̄
viol. rof. ana. ℥. ij. sandal. rub. boli ana. ʒ. j. cāphore gra.
ij. aceti. ʒ. ij. misce ꝛ inunge pānū et epatia frontē ꝛ tim-
pora. ¶ Si vero pateret instātia vigiliaruꝫ regimē ex p̄-
habit colligere potes. Auicē tamē in p̄senti caplo do
cet exhibere sirupuꝫ de papauere nigro tn̄ a leuioribus
est inchoandū. Incipe ergo a sirupo viol. et transi ad si
rupū lactucarū ꝛ ad sirupū de papauere albo: ꝛ tandeꝫ
ad sirupū de nenufar. ꝛ demuꝫ de papauere nigro: alia
collige ex prehabitis. ¶ Pro siti etiam quid habeas fa-
cere satis est notuꝫ. Item si infestetur siti rege vt tactū
est. Si etiā patiatur bolismū rege cum eius regimīe et
in hoc casu conueniunt acetosa: cōueniūt etiā odoratio
nes et alia incitantia appetitū. ¶ Si vero supfluat in eis
sanguis fluxus nariū recurre ad eius regimē de q° dictū
ē. Si vero patiēs fuerit iuuenis carnosus ꝛ alie ꝯditiōes
affuerint cōsenties potui aq̄ frigide ꝛ p̄cesserit lenitio
vētris ꝛ ī estate fuerit tūc ꝓpt vehemētē flāmā nō ē ma
luꝫ dare in potu aquā frigidā fluuialē maxīe p arenā di
stillataꝫ de qua bibat vsq ad satietateꝫ ꝛ vltra hāc vidi
seq̄ sepissime vel copiosissime vomitū colere ꝛ sudorē co
piosissimū. Postq̄ ꝯsecuta est pfecta sanitas maxīe cō-
petit digesta materia iste pot⁹. Itē ꝯuenit ī ista febre ex
tinctio feb. ꝛ ꝯfortatio vtut cū iulep alteratiuis tact⁹ vt
ro. mell. nenufa. acedule ꝛ sil'ia. Itē electuaria cordialia
maxīe minoratis materijs vt. ℞. vio. ℥. j. zucchari buglo
sati boragi. man⁹ xp̄i cū plis fcꝫ cū aq̄ ro. Itē diacorall⁹

causon

bal[m]

et alie similes confectiones. Itē marzapanū factū cuz oleo ro. et acetositate citri. Item citonia condita et poma damascena condita et pruna et pira. ¶ Itē sepius colluat sibi os cum aqua frigida cocta et teneat alia in ore sitis extinctiua de quibus dictuz est. ¶ Item in hac febre licz tēpore moderno non sit vsuale, confert balneum. concedit tamē Auic. ipm maxime in declinatione, et sit balneū aque dulcis tepide qua aperientur pori et disponatur residuū materie resolutiuū. & queramus per ipsum infrigidationē et humectionē, coquantur i eo viol. et folia matrū viol. et salicū et similia. et stet in balneo tēpore quo nō laxetur in illo. Et post balneū portetur ad lectum & si dormiat bonū erit. Aut detur. ʒ. j. trociscorum de camphora puluerizatorum cū. ℥. j. sirupi endiuie &. ℥. ij. decoctionis seminū cōmuniū frigidorum. Aut detur in potu solus sirupus endiuie. aut iulep viol. cū acetositate citri. Aut detur. ℥. ß. manuschristi cum perlis. Et loco potus aque ordei aut foret necesse dare vinū, sit album subtile valde limphatū cū decoctione seminū frigidorum vel aque endiuie, si nō abhorret. Deide reponatur qeti et capiat suū cibū hora debita. Et si in declinatione vteretur sirupo isto, nō esset malū. vt. ℞. aque endiuie. ℥. iiij. decoctionis seminū frigidorum. ℥. iij. aromatizentur cū sandal. ru. et modico carabe & acetosetur cū acetositate citri et fiat sirupus cū zuccaro albo infuso aqua ro. vel viol. vel nenufa. et hec sumat in. iiij. vicib9 & sit sirup9 long9. ¶ Habe tamē menti qꝫ sicut tertiana pura est duplex. qr vel de pura colera naturali, vel de colera genita ex adustione vel putrefactione sanguinis, ita duplicē contingit esse causonē videlz colericū sm talē materie distinctionē. Et sicut in tertiana pura de colera naturali cōueniunt minus frigida qꝫ in alia tertiana pura, ita et in causone dicendū est. In quo etiā existēte de colera genita ex sanguine, cōueniunt frigidiora & magis cordialia et aperitiua frigida post lenitionē et minorationē materie, vt in pmis. Deinde solū. sirupū acetosum paucio-

ris zuccari et pluris aque, vt sirupuz viol'. acetosũ. ¶ In augmento aũt dare possumus sirupuz endiuie cũ acetoso simplici. In pcessu aũt et in statu et in declinatiõe cõuenit sirupus endiuie cũ sirupo acetoso cõposito ex decoctione seminũ cõmuniũ frigidoꝝ maioꝝ et minorum. ¶ Itẽ in declinatione sandal'. dare possum⁹ ⁊ sirupũ sil'r epithimata cordialia: ⁊ epithiata frigidiora q̃rant ⁊ p babũt hũidiora in causone de mãtia colerica genita ex putrefactione vel adustione sanguinis.

¶ De causone noto famoso et minoris fame ex colera.



Icto de causone puro: de causone est dicendũ ĩpuro. Cuius ĩpuritatẽ multipliciť ymaginari possum⁹, sicut in tertiana non pura aut interpolata aut continua dictũ est. Vñ distinguere possumus hũc causonem in causonẽ notũ ⁊ famosũ, et in causonẽ minoris fame. diuidiť aũt in causonẽ de colera citrina. et in causone de colera vitellina. Qui duo modi cõprehenduntur sub modo gñali causonis noti et famosi causari ab aggregato ex colera ⁊ flegmate dominãte tamẽ colera. Itẽ causari põt causon notus et famosus a flegmate salso etiã qñ amboꝝ facta est eq̃pollentia flegmatis et colere. Et hũc sil'r diuidere possum⁹ ſm ꝙ flegma salsuz duplex cõtingit, q2 vel aquosũ vel grossũ. Et sil'r diuidi põt ſm colere mixtionem cũ flegmate q2 aut colere naturalis aut geitẽ p putrefactionẽ ⁊ adustionẽ sanguinis. causon minoris fame diuidi põt sil'r vt de tertiana dictũ est. Nã põt esse causon dominãte colera cõmixta melancolie naturali aut aduste aut ex eo genite. Aut põt esse causon aut ymaginatur esse ex colera prassina vel eruginosa. Aut possumus ymaginari equã cõmixtionẽ colere cũ dictis materijs. ¶ Item possumus ymaginari causonẽ nõ purũ minoꝝ fame ex cõmixtione equa aut dominante colera sanguini nõ pura famosa. Procede ſm easdem intentiones, que dicta

causon

et vigilia sicut in flegmatica est dicendu3 d3 equari in vigilijs trāscendēte tamē in q̄rtana somno ⁊ ita differē ter a fl'atica ⁊ plus differēter p humectationē q̄ nociuo p infrigidationē ⁊ retētionē mat'ie ⁊ impedimētū reso- lutionis: q̄bus v̄o horis est dormiendū ⁊ q̄bus non per habita satis patere potest. ¶ Motus v̄o nullo modo su perfluus cōuenit. sed minor tēperato. fiat etiam motus horis dictis ⁊ non supra repletionem ⁊ per loca fiat de lectabilia. ¶ Item q2 fricatio quodam modo equipollet motui ip̄am etiā attentem⁹ in isto corpe post emissionē superfluitatū ⁊ apertionem pororum ⁊ subtiliationem materiex l3 nō cōueniat fricatio vt apparebit scd̄o di- cendorū. ¶ Dia aīe accidentia vitanda sunt excessiua et maxime suffocātia calorē ⁊ attrahentia materiam vt timor tristitia assidua omnis cogitatiue virtutis ope- ratio tēperatū gaudiū ⁊ delicie ⁊ inspectus iocundorū cōferunt dixi regulariter ⁊ de per se q2 vt tangit̃ fortis et subitus timor vt serpentū applicatio aut lupi aut al- terius terrētis agitando ⁊ commouendo materiam me lācolicā modo qui tangetur confert. ¶ De coitu anexo accidentibus anime quid dicam namvitand⁹ omnino. ¶ Ad secundū principale venio pro quo exponendo di- cendum q̄ si patiens habuerit ventrē stipticū vt educā tur feces primo fiendū est lenitiuū clistere satis ex me- dicinis dictis multotiens colligibile. ¶ Scd̄o si nausea aduenit patienti aut fastidiens fuerit ipse tentemusvo mitum leuiter cum aqua ordei ⁊ oximelle simplici pro- uocare. ¶ Tertio si apparuerit superiora intestina ⁊ sto machi fundum a superfluitatibus debere mundari po- tes etiam dare mundificans ⁊ leniens siue abstergens leue. vt. ℞. florum boraginis. ℥. ß. ordei Manipulu3. ß. liquiritie passularum an. ʒ. iij. bulliant in lib. j. aque ad consumptionem tertie partis. et in decoctione ista co- lata. ℞. mellis ro. ℥. j. ⁊ aliquantulum calefac. deinde in ista decoctione que erit. ℥. viij. dissolue cassie aut manne ℥. j. ß. zinziberis grana tria. da in potu. ¶ Aut exhibe

serum caprinū cum māna ꝛ melle rof.si quereres maiorem lenitatē adde mellis viol. Vel si coniecturaueris aliquid de colerico esse admixtum et adusto vt supfluitatem talem velis a stomacho educere et intestinis tūc hoc exhibere poteris. ℞.sticados lupullorum florū buglose ana.M.semis.fiat decoctio in aqua fluuiali. deinde coletur ex qua.℞.ʒ.viij.aut.vj.aque endiuie.ʒ.j.in qua dissolue māne.ʒ.j.semis.et tribue.Facta vero ista lenitione si constaret tibi peccare sanguinem et melancoliam illi fore mittam flobothoma ex basilica partis dextre non extrahendo sanguinem multum sed vsqꝫ ad ʒ.vj. Isto vero facto ad digestiuuꝫ transeunduꝫ ꝛ primo inchoando a leuiori.vt.℞.florum boraginis florū buglose.floꝝ sticados ana.M.semis sucaha bedegar.aā ʒ.iij.fiat eorum decoctio in aqua fluuiali. Deinde aromatizentur cum modico cinami et cuꝫ zuccharo fiat sirupus aut melle mundo bene et de isto sirupo capiat.v. vicibus.Et dum videris materiam esse magis digestā euacuare poteris vt dic am.vt.℞.aque decoctiōis floꝝ buglose.ʒ.vj.epithimi īfusi ī dicta decoctiōe.ʒ.ij.ß.Vel si vis et melius erit:adde decoctioni buglose passalas et dulcorari cum melle.Et post habitam infusioneꝫ.℞. cassie.ʒ.j.semis.aut.ij. zinzib.gra.ij. et in potu tribue. aut pone māne loco cassie.¶Aut etiā potes dare pillulas tales.℞.pithimi.ʒ.semis foliculoꝝ sene.ʒ.iij. agarici.ʒ.ij.zinzib.salisgēme spice ana gra.iiij. infundant omnia ista puluerizata in succo passularuꝫ primo elixatarum:ꝛ emulsioni amigdalarum dulciū.Et post exiccationem conficiātur pillule aut epithimū puluerizatum infundatur paucissimo oleo amigdalarum recentium deinde commixto alijs fac pillulas et da.℈.iiij.Assumptis hijs pillulis potest fieri clistere lauatiuū ſm ꝙ est tactum. Et si visum fuerit debere replicare sirupum ad fortiorem transire poteris vt ad sirupum de epithimo. vt.℞.sirupi de epithimo.ʒ.j.ß.aque buglose aque zuccharate ana.ʒ.j.aut si sirup⁹ fuerit spissior aā.ʒ.j.ß.post

sumptionē sirupi capere pōt pillulas indas. Pōt etiam vti pillulis de lapide lazuli positis a Mes. in caplo de lapide stellato cuius dosis est. ʒ. iij. et capiat in matut. in die. viij. als non post assumptionē pillularū ⁊ iteruʒ post assumptionē istam potest replicare sirupū istuʒ predictū ⁊ euacuare similit. ¶ Et si abhorret pillulas positas ex spēbus pillularū indarū cum melle cōficere electuariū ⁊ quātū puluer corespōdet melli considerare vel econtra: vt si cā exempli. ℥. j. pul. forte essent due lib. ⁊ media mellis: ⁊ tunc dosa vt tibi videbitur: tamē scito ꝙ ex pillulis indis debes dare a. ʒ. j. vsqꝫ ad. ʒ. j. ß. ¶ Si tamē materia quartane esset cōposita ex materia fecali ⁊ materia colerica cōueniunt pro isto pillule de lapide lazuli ⁊ pillule de lapide armeno Mes. Posses etiaʒ si patiens abhorret sirupū habere aquas sublimationis ⁊ facere vt dictum est. s. ¶ Item si post melancolie digestionem appareret dominiū sanguinis cōueniens essꝫ flobothomare basilicā vt sciuisti. ¶ Item post euacuationes etiā cōueniret quedā triphera de epithimo cuiꝰ dos est a. ʒ. ij. vsqꝫ ad. ʒ. iiij. quā posuit Mesue in suo de appropriatis in regimie manie ⁊ melācolie. Cuius littera hꝫ ita. Trifera de epithimo que administratur inter euacuationē ⁊ euacuationē quādo in diebus nō administrat euacuatio. fac em̄ iuuenescere ⁊ generat gaudiuʒ cuius ꝑmixtio. ℞. mirabol. kebuloꝝ indorum: emblicoꝝ ana partes equales: vbi causa. ʒ. ij. epithimi sublimationis ꝑtes duas vt gratia exempli. ʒ. iiij. yere. ʒ. ß. confice cū melle emblicoꝝ aut kebuloꝝ. ¶ Itē valēt pillule Gabrielis de lapide arme. que ponūtur loco allegato cuius descriptio est ista. ℞. polipodij epithimi an̄ ʒ. v. lapidis armeni loti ſm artem. ʒ. ij. ß. mirabol. kebulorū indoꝝ ana. ʒ. ij. sticados. ʒ. x. salis indi interioꝝ colloquintide ana. ʒ. iiij. mirabol. kebuloꝝ emblicoꝝ asse ellebori nigri ana. ʒ. ij. yere turbith ana. ℥. j. ß. cōfice cū oximelle ⁊ dosat Mesue. a. ʒ. ij. vsqꝫ ad. j. tutius est dare ʒ. j. vel. ℈. iiij. ¶ Conuenit confectio quedā quam posuit

Mesue ex inuẽtione simpliciũ suo capl'o de lapide stel
lato capl'o.xiiij.in ordie medicinaꝝ laboriose operãtiũ
vide ibi descriptionẽ potestis dare.ʒ.j.¶ Jtẽ ad istã in-
tẽtionẽ videte ibi duplicẽ ꝯfectionẽ descptiõe Amech.
Et dosat Mes.primã a.ʒ.ß.vsqꝫ ad aur.iij. detis a.ʒ.j.
vsqꝫ ad.ij.¶ Cõuenit quedã decoctio epithimi quã po-
nit Mes.in ordine decoctiõis distinctiõe.ix. cuius de-
scriptio Mes. ℞.mirabol'.nigrorũ sticados epithimi
passularũ ana.ʒ.j.kebu.fumiterre añ.ʒ.iiij.eupatorij.ʒ.
v.oĩa pter epithimũ bulliãt in lib.iij.aque casei vsqꝫ dũ
redeãt ad lib.j.deinde proijciat sup ea epithimũ ꝛ bul-
liant bullitione vna.deinde colet ꝛ cõfricent in eo elle
bori nigri.ʒ.j. agarici.ʒ.ß.salis indi.aure.ß. huius da
quartẽ partẽ.Aut si vis fac pulverizare oĩa bene et fac
pill'as.ꝛ a.ʒ.j.vsqꝫ ad.ʒ.j.ß. tribue et eodẽ mõ potes ex
plurib' dictarũ cõfectionũ Amech facere pill'as. Post
vo debitas euacuatiões cõfert loco cõfect.letificãs po
sitũ.ix.Almãsoris qð põt fieri i substãtia solida ꝛ sumat
in die in q̃ nõ capit tiriacã.¶ Jtẽ ꝯuenit succ' calamẽti.
Jtẽ succus camedree vel camedreos. Jtem succus men
te.¶ Jtem succus absinthij ꝛ possunt hij succi cõfici cum
zuccharo aut sirupizari ꝛ maxie cõueniũt post digestio
nem ꝛ euacuationẽ maioris partis materie.¶ Aut si in
firmi abhorrerẽt hos succos sumant aq̃ sublimationis
harũ rerũ ꝛ fiat iulep.Et si in splene aut epate apparet
oppilatio aut grossitudo aut duricies attendam' oppi-
lationi pmo cũ decoctiõe epithimi dicta. Jtẽ cũ vnctio
ne exteriori ꝛ alijs q̃ ex pħabitis colligere potes.Vide
etiã p hos trociscos p Auic.positos in cura q̃rtane. Tẽ
pore vo potissimi quid sit fiendũ satis in littera explicat
Auicẽ.tñ diatrionpipereõ Mes.põt dari a.ʒ.j. vsqꝫ ad
ij.in matutinis ꝛ potãdo modicũ vini subtilis aromati-
ci.Aut dissoluat in aqua vite.Jtem diacalamentũ. Jtẽ
cõfectio de musto dulcis.Jtẽ electuariũ de gẽmis. Jtẽ
dyambra ꝛ cõfectio de galãga quã ponit Mes.Sis tñ
tutus qualiter sunt calide he medicine ꝛ quãtũ etiã tri-

buas ⁊ in quo tpe feb. Quid autez de balneo in hac feb. sit dicendū explicabo vn̄ ꝯuenire possunt in declinatiōe huius feb. expulsis sup̄fluitatib⁹ eius lʒ nō sit vsuale et ꝯuenit balneuz aque dulcis decoctionis aneti ⁊ camomille vt aperiant pori ⁊ humectet et dissoluat materia vt dixi: tamē nō est vsuale. Similit valent in hoc tēpore fricationes facte cū oleo anetino aut cū vino subtili Et similiter in declinatiōe particulari ⁊ statu poxismi.

¶ Regimen quartane sanguinee.



Expedita quartana melācolica ad sanguineā veniendū. p̄mo p̄missis lenitionibus vt in colerica est tactū. p̄misso ēt modo dietandi ex p̄dictꝫ colligēdo fiat flobothomia: ⁊ si appareat abūdantia ī toto ⁊ ƀm epar fiat flobothomia ex basilica dextra ⁊ ƀm ptes ꝓportiōales repletioni ⁊ cōstātie virtutꝫ: ⁊ ƀm splenē fiat flobothomia p̄missa p̄mo ex basilica sinistra. Post ꝟo possum⁹ lenire ventrē. Itē exhibere mūdificātia sanguinē ⁊ p p̄mo cō uenit decoctio capilloꝝ venerꝫ descriptiōe Meƀ. ⁊ melius est decoctio fumiterre Meƀ. Vel potes lenit dare decoctionē ꝯueniētē hāc. vt. ℞. aq̄ sublimatiōis fumiterre. ℥. j. ƀ. aq̄ sublimatiōis capilloꝝ venerꝫ an̄. ℥. j. aque endiuie aq̄ lupulloꝝ an̄. ℥. j. ƀ. aq̄ casei. ℥. iij. ƀ. misce hoc ⁊ in eis dissolue cassie aut māne. ℥. j. ƀ. ⁊ da in potu. Deide potes facere hūc sirupū. ℞. endiuie buglo. siue floꝝ ei⁹ vio. an̄. M. ƀ. sucaba bedegar an̄ ʒ. iij. lupulloꝝ. iiij. M. j. ferueāt in sufficiēti quātitate aq̄ fluuial. deinde colature accipe lib. j. aceti albi de q̄ fiat sirup⁹ de q̊ capiat ℥. ij. pro vice. Et si sirup⁹ foret valde long⁹ ⁊ liquidus posset capere. ℥. iiij. nō miscēdo aliud. ¶ Aut si foret spissus cape. ℥. ij. pro vice. Et cum. ℥. ij. ƀ. aque zuccharate et ita continuet accipere diebus quinqꝫ vel sex. Post assumptionem sirupi capere poteris decoctionem fumiterre allegatam ex Mesue. Et etiam capere potest hanc decoctionem. ℞. endiuie cicorce capillorum veneris lu-

pulli añ q̃rtam.M.j.ꝛ fiet decoctio in aqua fluuiali de qua.℞.℥.v.mirabol'.citrinoꝝ indoꝝ añ.℈.ij.infundant in dicta aqua aut in aq̃ decoctionis passularuꝫ.Et post infusionẽ exprime decenter in p̃dicta decoctione.deinde.℞.diamãne Mesue.ʒ.ij.cassie.℥.j. dissolue in dicta decoctione ꝛ da in potu.Uel capere potest seri caprini ℥.vj.in quo dissolue cassie.℥.j.electuarij de succo ro.ʒ.j. mirabolanoꝝ citrinoꝝ et indoꝝ añ.℈.ij. ꝛ infundantur in dicto sero aut in aq̃ decoctionis passularuꝫ. Uel recipe has pillulas.℞.reubarb.℈.iiij.mirabol'.citrinorũ indoꝝ añ.ʒ.j.puluerizent subtiliter.Deinde.℞.spice.℈.ij.infundatur reubarb.invino subtili albo aromatico ꝛ mirabolani fricent cum oleo amigdalaꝝ dulciũ. siue cũ succo passularũ ꝛ ex oĩbus istis aliqualiter sicc꜔ fiant pill'e cũ electuario de succo ro.dos harũ est.℈.iiij. aut.ʒ.j.vsq ad.ʒ.j.ß.Post euacuationes cõuenire posset cõfectio facta ex margaritis ꝛ fragmentis lapiduꝫ preciosoꝝ cũ modico sandaloꝝ rub. Et si vis potes sic describere.℞.margaritaꝝ al.nouaꝝ.℈.ß.fragmẽtoꝝ smaragdi saphiri iacincti añ grana.ij.terre sigillate.g̃. iiij.serici crudi triti tosti.℈.ß.sandaloꝝ ru.ʒ.j.fiat cõfectio solida cũ.℥.vij.zucchari albi et aq̃ buglose endiuie et ros.vel.℞.specierũ diarodõ.ʒ.j.ß.et margaritarũ dictarũ.℈.ß.fragmentoꝝ dictoꝝ lapidũ preciosoꝝ quãtum dictũ est.et fiat vt supra.¶ Quid hora potissimi fiendum sit patet per habita si etiaꝫ in hac febre cõueniunt cordialia exteriora aut ẽt refrigerẽtiaꝛvigorãtia epar ptꝫ ex dictis q̇d ꝛ q̃ facere debesꝛ cũ q̇busꝛ quando.

¶ Regimẽ quartane continue.



Expedito regimine quartane interpollate q̃ ẽt posset habere diuersitatẽ pleniorẽ ratione materie mixte et tamẽ ꝑ simplicia intelligi possit.ad quartanaꝫ continuã veniendũ in qua ex Auicẽna diuersitates etiam contingere possunt ratione materierum vt ĩ interpollata di

ctum est.in quibusdā tamē cautiores esse debemus ī cu
rando quartanam continuā ꝙ interpollatā ceteris pari
bus protelabili quartana continua sicut interpollata.
¶ Itē plus infestante virtute continua in quartana cō-
tinua antecedētes ⁊ coniuncte sunt in venis ī interpol
lata ꝟo ſm plīmum est antecedēs duplex quaꝫ superi⁹
tetigi intra venas:cōiūcta tamē extra venas vnde cō-
mixtior videt̄ ceteris parib⁹ in quartana cōtinua me-
lancolia sanguī ꝙ interpollata.Itē ceteris parib⁹ ī q̄r-
tana cōtinua est sanguis ebullētior ꝙ īterpollata ex q̇b⁹
oīb⁹ cōparationē ⁊ dr̄am ceterꝫ parib⁹iter cōtinuā ⁊ in
terpollatā poterimus assignare. ¶ Primo ex pte diete.
Nā min⁹grossa cōuenit ceterꝫ parib⁹ ī ꝯtinua ꝙ intpol
lata pꝫ qꝛ ipa est breuior ⁊ intēsioris accidētis ⁊ plus
aggrauatia virtutꝫ ceterꝫ parib⁹ g̊ nō ita cito nec tāte
carnes cōcedēde sunt ī cōtinua sic ī interpollata.¶ Itē
videte vbi interpollata nō sit habitura crisim ⁊ ita nō
dietem⁹ in illa regīe vł'i in relatione ad creticū statū in
quartana cōtinua Illud pluries cōtingere pōt nā plus
tētante vnā creticā expulsionē antecedētis cause ⁊ cō-
iunncte exrstētiū i venis⁊ magis infestātiū virtutē¶ Itē
in cōtinua attētiores esse debem⁹ī mēsura applicando
rum calidorū interius aut exteri⁹ ipsa existente ceteris
paribus intētior et ita in potu vini strictiores esse de-
bemus vt minus vinorū aut limphatum sit:album tamē
subtile et odoriferum siue aromaticum. ¶ Alia ꝟo que
in dieta tacta sunt interpollate q̄rtane intelligantur et
in q̄rtana cōtinua,pportionabili interpollate ex pte ma
terie.Dia etiā de fricationib⁹ aut exercitio tēperent̄ in
q̄rtana cōtinua.¶ Quantū etiā ad regimen per medici-
nalia cōueniūt in quartana cōtinua ⁊ interpollata par
tim differūt stāte etiā cōueniētia materieꝝ ad bonū in-
tellectū ⁊ pportionabilia medicinalia cōuenire debēt.
differētia tn̄ sit vt est tactū ex pte clisterꝫ ex pte euacua-
tiui ex pte digestiui ⁊ ex pte flobothomie.et ex pte etiaꝫ
eoꝝ q̄ post euacuationē administrāda sunt vt ꝯfectionū

⁊ electuarioꝝ. ¶ Primo ex parte clisteris vt eligat minus acutū. Item si fiat suppositoriū sit de melle simplici ⁊ nō cū multis spēbus valde calidis. Vitent etiā euacuātia valde calida ⁊ fortia. ¶ Itē digestiuū sit a pncipio oximel simplex siue sirup⁹ acetosus simplex si esset materia colerica aut alia valde calida. Et dicit hoc solū vel cōmixtū melli roſ. vt scis. Postea potes vigorare ipsum cū seminib⁹ subtilib⁹ vt in quartana colerica poteris ponere seīa frigida maiora noīata cōia cū seminib⁹ feniculi apij petrosilij sparagi brusci cū radicib⁹ endiuie ⁊ cicoree lactucarū ⁊ buglose ⁊ fiet aque equal' scʒ inter calidū vehemēs ⁊ frigidū vehemēs cū declinatione ad calidū nisi forte in q̄rtana valde colerica ponas istā aquā ex toto equalē. Vel si vis. ℞. sirupū de fumoterre ⁊ tēpera ipsū cū aqua cauliū aut cū aqua violarū. Et si volueris vti sirupo de epithimo corrige valde vt dictū est. ¶ Itē dicebā esse differētiam ex parte flobothomie. nā securius pcedat alijs paribus in quartana cōtinua interpollata ppter cās superi⁹ tactas: etem̄ sanguis feruētior ⁊ cōiter permixtior melācolie ⁊ ita ipsa educibilior per flobothomiā. De q̄bus vo venis sit flobothomādū iā est tactū. Vulgariū etiā est opinio q̄ si flobothomet basilica sinistre part' aut ram⁹ in reuolutione lune cū tūc agitabilior sit melācolie materia ideo pueniēs erit. Et si post dictas flobothomias ⁊ vniuersales euacuationes pmissas vel magis a splene euacuare flobothoma venā ventris indarcon splenis. Item ex parte alioꝝ vt cōfect. ⁊c. differūt. Nam in q̄rtana continua nō debes ceteris parib⁹ ex tiriaca tm̄ dare aut vinū ita potens non debes exhibere nec miscere tiriace aut metridato. ¶ In quartana cōtinua ppter alio pari esse intensiorē q̄ in quartana interpollata dares. ʒ. iiij. da in cōtinua a. ʒ. ij. vsq̄ ad. iij. canonē similē tene in dando diacalamētū aut diatrionpipeon aut diasulphur in quartana cōtinua minoris respectu interpollate ppter cām nūc assignatā: cōparationē vo harū quartanarū

fm alia per te collige ex predictis.

¶ Regimen quintane feb. ⁊ sextane. cap.^m 72.^m 325



Expedito regimine quartane venio ad succinctū regimē quintane ⁊ sextane⁊ ex Auicenne mente dicendum illo cañ. appropinquat cura harum vtraqꝫ regimē non naturalium ⁊ medicinaliū satis regimē flegmaticarū cōuenire pōt. earū tm̄ regimē solito more in duo diuidit in nō naturaliū scꝫ regimē ⁊ medicinaliū inchoandū ab aere quē modifica vt est dictū in regimine quartanarū ⁊ flegmaticarū. ¶ Cibi ⁊ pot⁹ debent esse cōsimiles dict⁊ in quartanis ⁊ partim in flegmaticis existēte tñ differētia nam cū harum fe. materie sint grosse ⁊ inobediētes et diuerse plurimū. Idcirco in istis saltē a pncipio pluri ieiunio vti possum⁹. Et quia hee feb. longe sunt in qbus cōiter nō expectat crisis ideo grossius dietare possum⁹ ne in processu cadat virtus. ¶ Est etiam somnus pro digestione vigilijs proportionandus ⁊ ita per non naturalia per te discurre. ¶ Apparet etiaꝫ veniendo ad regimen medicinalium magis subtiliantiū in his feb. conuenire vt yera archigenis vniuersalis descriptione Mesue que ita incipit Confectio yere archigenis cuius dosis vt dicit est aur. iiij. ⁊ essent. ʒ. iiij. ⁊ media. vij. cum decoctione epithimi ⁊ passularum mundataruꝫ: dosis tamē intelligatur securior a. ʒ. ij. vsqꝫ ad. iij. aut nō posito melle sumunt res ingredientes dictam descriptionē et ex illis puluerizatis fiant pillule cum pauco melle aut oximelle. ¶ Itē potes vti prehabitis euacuationibus ⁊ post euacuationē dare poteris tiriacam modo dato in flegmatica ⁊ qrtana. ¶ Prouocet etiā vomit⁹ cū aqua decoctiōis raffani aut seminū eius aut decoctiōe seis atriplicis. Itē post oīa ꝯuenit balneuꝫ siue euaporatio siue fomētatio balneō dico facto ex reb⁹ subtiliātibus vt decoctione aneti calamenti origani et saluie.

¶ De ethica febre. Trac. 3.



E regimine ethice nūc dicendū est qđ in duo ꝑncipaliter est partiendū quia in regimen ethice feb. ⁊ quorūdā suorū accidentiū. Primū intellectū in simplici fe. ethica diuidi potest in tria: quia in regimen curatiuū ꝑme speciei feb. ethice. Et secundū quia resumptiuum in secunda specie eius. ⁊ in regimē tertiū tardatiuū mortis in tertia spē. ¶ Et ꝑmū more solito in duo ꝑncipaliter diuidēdum. i. in debitam nō naturaliū administrationē incipiēdo ab aere quem eligere oportet frigidū ⁊ humidū. ⁊ ratione ꝯtrarietur discrasie vł discrasis: qꝛ feb. fixe ⁊ siccitati. ideo dicebat primū caplm intētio in curatione fe. ethice est infrigidatio ⁊ humectatio. Cauti tñ simus in mēsurādo infrigidationē siue infrigidās, qꝛ intensuꝫ existens ⁊ occurrens siccitati spūum ⁊ sanguīs debilitaret valde corrūpendo spūs: nō sit etiam qualiscūqꝫ infrigidās aer, imo aromatizatꝰ maxīe estate ⁊ aspersus aqua viol. ⁊ aqua rof. Itē in stratibꝰ camere cū viol. ro. fo. salicū aut quercinis aut arācijs aut īmisceat vna ps aceti dicte aq̄: et aspgant parietes. Itē camera saltē estate sit terranea saluato tñ moderamīe frigorꝫ ⁊ humiditatis. Sit etiā culcitra ex coto nō ex pānis. Si etiā fo. rof. recētium ꝑ lectū aspgant, ꝯueniret aut viol. aut matrū viol. Si ēt misceamꝰ sandaloꝝ. ℥. ij. cū. ℨ. iiij. aq̄ sublimatiōis viol. ℨ. ij. aq̄ rof. simul in ampulla: et si nō abhorret infirmus cū gra. iij. cāphore orificio ampulle cū syndone obstructo ⁊ nō nisi rorando aq̄ exinde exire possit ⁊ lenit cuꝫ ampulla aspgatur lectꝰ vel latus, cōueniēs erit. Forma aūt decūbendi q̄lis esse dꝫ, satis ꝑ habita tibi patet. Et si nō obstet debilitas ꝟtutis vitet ex toto decubitꝰ suꝑ spinaꝫ. ¶ Tēpore ꝟo hyemis vitent hec aspsiones, nec requirantur terranee mansiones propriam seruāte naturā imo frigorꝫ saltē inueniēda est tēperies. Et si expediat fumigare lectū. ℞. puluerꝫ viol. mirti viol. siccarū nenufarꝫ. sicci lābrusce ana. ℥. ij. corticū pomoꝝ aroma-

ticorum. M. f. ponātur cortices cum cocleari. j. dicti pulueris supra prunas bene ignitas et patiēs tamē non recipiat fumū sed tamē aliqualiter alteret aer camere. Et si fuerit expediens accendere ignē in camera sit ignis salicum et nō quercuū. hyeme vero satis leuibus pannis cooperiatur tēperato aere tamē vt dictū est licet pluries tam hyeme quam estate requirat. Locus etiā habitatiōis eius hyeme nō tm̄ appropinquat aque sicut in estate. ¶ Somnus diurnus saltem post prandium non cōuenit obuiāte alio. Nam si dormiat bene nocte et etiā mane obuiatur iste somnus. ¶ Si vero male dormierit vt cogeret dormire de die melius foret differre somnū tribus horis post assumptionem cibi et breuiter iam expāsa flāma contingibili post assumptionem cibi et ita expedit quod post cenam multo tēpore differat nisi valde obstaret virtutis debilitas et appetitus et cōsuetudo dormiendi ante istam elapsam horā: et in summa in feb. ista augeamus somnum vltra solitū in sanitate querētes ex isto humectationem ad bonū intellectū. ¶ Motus saltē vehemens aut prolixus et etiā exercitiū vitandus est. Non incōuenit etiā dum surgit a somno vt superfluitates debitas cognitas debite expellat. Conuenit etiā leuē fricationē facere pororū: leuiter aperitionē si constat eosdē esse obstructos. Conuenit etiā leuiter pectinare caput. Item mundare inter digitos pedū: et potest fieri ista lenis fricatio cum aqua sublimationis viol. tepida aut oleo viol. vt tangā maxime per obstructionē pororū. ¶ Repletio oīno vitāda est imo in plures vices cibi et potus sunt diuidēdi siue cibationes pro qualibet dando modicū. ¶ Itē inanitiones ciborum et potuum sunt vitande. Item euacuatiōes fortes vt dicet in scđo pncipali. ¶ Omnium vero aīe accidentiū superfluitates sunt vitande et alia ex toto: imo oīa preter gaudiū et leticiā siue deliciū que cōueniūt moderata debito modo moderātia spiritū. Similiter cōuersari cū dilectis. Aspicere etiam delectātes formas et pulchras et stare in aere claro non tamen excessiue lucis.

coitus
cibi
panis

¶ Quid de cogitationib⁹ dicẽdũ ⁊ studijs, sat3 cõstare potest, q2 nulla assidua et vehemens excogitatio confert nisi deliciosa ex qua non fatiget̃. ¶ De coitu ṽo dicere non laboro. ¶ De cibo ⁊ potu primitus a pane inchoandũ est, quẽ frumentaceũ eligamus ex frumento illi⁹ anni debite mes℞. genito in loco hu. Et fiat panis ex pura simila siue ex flore farine bñ triconizate. Sit ẽt debite pinsatus et leuigatus, sine tamẽ leuissimo aut alio fil'i valde calido leuigante potẽtiã dico, in quo tamen fermento moderemur, salem etiam ex toto auferamus vl' ipsum valde minoremus, cruste cũ cutello superius ⁊ inferius. Panis etiã incidatur in partes valde subtiles. Alias formas panis vitemus. Si non abhorret etiam portulace semina cõtrita cõmisceri pani siue paste cõuenirẽt. Cõueniunt etiã nebule siue zalde vel clade pastalia tamen alia vitanda sunt, nisi in vsu valde raro et maxime si fuerit pastalia vel de pasta extẽsa subtili fermentata ⁊ ex fermento bene porizata siue leuigata. Vitet tamẽ quantũ potest panem ad digerendum grauez et maxime vtetur isto infuso brodio carnium, si expedit aut alio simili humectanti. ¶ De carnibus p̃mo videndũ, q̃ species earũ sibi ꝯuenit. Scd̃o q̃ ptes earũ. Tertio q̃ sit forma coquẽdi. Pro p̃mo ex domesticis carnibus pulli masculi cõpleti in pẽnis vsq3 ad coitũ: exclusiue ẽt pullas vsq3 ad ouifactionẽ cõueniunt. Cõueniunt etiã cappones p̃me etatis medij inter pingues ⁊ macros et eodẽ mõ galline noiate caponisse, q̃ steriles sunt, nec ipsas calcauit gallus p̃me etiã etatis ciuiles aut rurales debiti etiã exercicij albe potius ⁊ ita pulli nigri aut rubei ⁊ cristarũ ad albũ declinantiũ potius. ¶ Itẽ aliqñ cõuenire pñt pulli colũbini vsq3 ad potentiã primã volandi. rurales tamẽ, domestici siue ciuitatis sint tamẽ ĩ valde raro vsu ⁊ correcti infrigidãtib3 vt suõ loco dicet̃. Ex q̃drupedib⁹ aũt ꝯueniũt carnes lactẽtis edi aut vituli. Et lic3 nutrius carnes valde appropinquantes natiuitati omnino cõueniũt cũ nimis in hũiditate supfluãt

carnes

tertio Alimētorū. ca.pmo tamē a natiuitate minus di-
stent vitelline. ¶ Itē virtute exn̄te forti in se.illa possūt
esse carnes iuuenis castrati modicū declinātis ad pin-
gue. Hoꝝ tamē omniū pascua ex frigidis ⁊ humidis in
telligant, vt folijs salicū lactuce ⁊ similium. ¶ Itē por-
cine carnes siue porcellorum aliquādo saltē conuenire
possunt exhibite cū aromatico corrigēte quod dicetur.
¶ Nūc vero de siluestribus dicendū et pmo de bipedibus
q̄ sunt sicut qualie iuuenes aut callioni ⁊ pdiconi ⁊ iuue
nes fasiani. Itē minute aues in rubis stātes aut nemo
ribus, vt philomene. ¶ Itē auicule nominate bechafigo.
¶ Itez regia auis: excludamus aūt alias, vt passeres et
alias aquaticas vel lacunales. Item aliquādo licet vti
merulis turdis vel saluterijs pmo pennatis. Itē si cor-
rigerentur, non inconueniret aliqn̄ vti pipionibus sil-
uestribus. ¶ Ex quadrupedibus conueniunt carnes ca-
poloꝝ minus a natiuitate distantiū q̄p capreti cōueni-
enter distēt. ¶ Itē lactētes lepusculi aut cuniculi, lz sm
naturalē cōplexionem ista disconueniant. ¶ Vtatur ēt
aliqn̄ piscib⁹ ⁊ raro, ⁊ vtatur aproꝝ non multum a na-
tiuitate distantium. ¶ Expeditis speciebus carnium q̄
nutrimentales magis ⁊ via cibi exhibētur, nunc expli-
cande sunt partes animaliū dictorū cōuenientiū ⁊ dis-
cōuenientiū. Et pmo dicendū oīa viscera, qz mala ad di
gerendū ⁊ cōmuniter generantia malū chimū, sunt vi-
tanda. tamē non inconneniret aliquādo vti epate gal
line pinguis lenissime cocto. ¶ Itē discōuenit cerebꝛuz
vt inconueniēs stomacho Alimētoꝝ. iij. c. de illo. Item
cōueniunt testiculi galloꝝ nō coeuntiū. ¶ Item lacten
tium edoꝝ aut agnoꝝ. Itē lactētes vituli maxime tamē
vituloꝝ dictoꝝ. Ex bipedib⁹ cōueniunt ale, maxime et
non crura, nec coxe. Itē pulpe cōueniūt sub alis exn̄tes
et circa alas non valde pingues aut dure ad digeren-
dum. De pelle galline quid dicēdum sit pz. Nam tenuis
existens, vt circa alas potest cōuenire. Aliarum vero par
tium pellis durioꝛ existens aut pinguis non confert.

qua

pisces

ptes alium.

ethica

¶Quadrupedum vero carnes eligantur medie, vt dictum est, inter pingues et macras humidioribus animalibus, p pinquiores ossibus, vt carnes circumcirca coxas et spondiles satis conueniunt. ¶Quid de medulla, quam omiseram satis sit dicendum patz. Nam sit in valde raro vsu vt communiter nimiũ vnctuosa. et sic nauseatiua. ¶Nũc de forma coquendi dicẽdum. et primo patet carnes has esse potius comedendas elixas quam assas: assa tamẽ assature cortice remoto conuenirent et humidiores existentes hũiditate naturali: elixe tñ sunt in vsu communiori. Pisces parui noĩati petrini, sunt conuenientes. Itez anguille reperte in bona aqua saltim aliquãdo conuenirent leniter asse in veru. Pisciculi etiam sint leniter ĩ pinguedine frixi aut elixi cũ modico sapore cõditi cũ succo granatorum dulcium aut muzorum aut sumatur acetositas dulcis arancij cũ modico zuccari albi dulcorati. ¶Item conueniunt cancri rectificati secundum artem electi etiam ex fontibus et liberis aquis, et ante artificium cũ modico sale aut modico cineris. Deinde mũdentur et abijciãtur extrema siue pedes, quia partes ille magis superflue sunt et sicciores. Vel etiã coquantur in aqua cũ ordeo vt etiã salsuginose partes abijciantur propter quas decoctio cancrorum redditur solutiua. comedantur quod ita elixi. Et si velles saporizare easdem, posses cũ succis predictis. Potes etiã partiri isto mõ aquã et cancros, vt in lib. j. aque ordei: cã crorum coquas ℥. ij. sed in isto non est magna vis. nam potes adhuc coquere tres. ¶Oua gallinarum recentia leniter cocta et lenissime coagulato albo et rubeo cõueniunt multum. Si tamen rumperentur oua in aqua vehemẽter frigida in qua diu dimitterẽtur: deinde coquerẽtur in aqua vt remanerent tamen mollia et trementia. Illa tamen, que coquuntur cum cortice, solẽt corrigi vt coquantur cum cortice in aceto vini. de quo modicũ curo. Si tamen comedentur fracta, vt dictum est, poterũt corrigi cum succo granatorum aut simili, vt tangebatur. De ouis piscium non curo in presenti aut aliorum aĩaliũ.

Artificiũ carnium. pisces cancri oua

¶ Fructus conuenientes recentes siue humidi possunt esse in principio crudi, vt pira bene matura, ⁊ aliquãdo modicũ psici aut piri muscatellini aut pomi apij. Conueniunt etiam pira et poma cocta: raro tamen conueniunt, dico fructus vt poma et pira aspsa modico zuccari albi. Item amigdale dulces recẽtes depilate et contuse cum duab⁹ scutell' cũ aqua ordei zuccarata ꝯueniunt. Item aliquando modicum melonis bene maturi. Item aliquando masticatio angurie. Item melo indic⁹. Itẽ coriandrum humidũ. Forma ṽo ferculoꝝ esse poterit vt dentur brodeta ex ouis coctis aut aliquo infrigidante, vt cũ succo ĝnatoꝝ muzoꝝ aut succo de arancio aut simili. Item conuenit ptisana ordei facta in brodio pulli aut pdic; aut cum lacte amigdalino correcta cũ lacte seminum cõmunium. Aut panata cocta cuꝫ lactuca aut endiuia vel portulaca vel cucurbita vel panis infusus brodio. Item conuenit vbi in patiente foret magna raritas pororuꝫ et humorum subtilitas ⁊ spirituũ, ptisana facta ex amilo vel amido. Item ꝯuenit nisi queram⁹ infrigidationẽ et humectationem panis infusus brodio pulli alterati, vt est tactũ. Aut etiam aliquãdo cũ lacte amigdalino ⁊ papauere albo. Item sapores aromaticos eligere potes et capere carnes lactentis edi et saporizare ipam cũ succo granati alio nõ repugnãte acetosorũ vel agresta aut simili. Item potes accipe dictũ brodium ⁊ cũ ipo ⁊ lacte amigdalaꝝ ⁊ aque roſ. ⁊ de pdicto succo facere saporẽ quẽdam. Item potes facere gelatinaꝫ faciliorẽ cõi ad digerẽdũ, vt ponẽdo loco aceti agrestã aut succũ aliũ acetosũ miscẽdo aliquid zuccari coquẽdo carnes tamdiu donec remoueãtur ⁊ dissoluant ab ossib⁹ quib⁹ remotis cola, ⁊ tãtũ expme carnes ĩ brodiũ vt non nisi terraceũ carnis inde remaneat. decide pulueriza sub tilier lãbruscã aut rosas rub. aut sandalos trinos vel sumac vl' coriãdrum. postea ad coagulãdũ põe ⁊ de ista gelatina vt tibi videt, da patienti. Alia etiam condimenta per te considera. Itẽ potes in brodio cũ gelatina fie

frutti
ferculla
sapores
gelatina

Ethica

da ad incitationē appetit⁹ paciētꝫ facere bullire poma aromatica aut pira frustatim incisa ꝛ post colaturā vel cocturā exꝑme illā simul cū carnib⁹ erit forsan sapidior pacieti sic olfacta quia poma vel pira ꝙ recta sunt non dispositiua putredinis. ¶ Medicinaliū regimē diuidē dum est in applicāda interi⁹ ꝛ exterius. Applicāda ṽo exterius distingui possunt ꝫm mēbra quib⁹ sunt applicāda. Nam q̄dam sunt applicāda timporib⁹: q̄dam frōti: q̄dam narib⁹: q̄dam lateribus gule siue colli: quedam pectori siue epatis regioni aut cordis: q̄dā testiculis vł circa testiculos: q̄dā spleni toti ꝛ regiōi renū: q̄dā medio cordis ꝫm ꝓfundū diuisum aut ꝯiūctū: q̄dā applicanda sunt alicui ꝑti corporꝫ. Recipiūt etiā ꝫm distinctionem ipsorūmet applicādoꝝ vt q̄dā sunt aquea: q̄dā i forma vnguentoꝝ. ¶ Quātū ad ꝑmū alio nō oppugnāte itēdētes refrigerationē ꝛ humactationē cerebri. epithimam⁹ tympora siue nuda roram⁹ aut aspergim⁹ vt tali. ℞. aq̄ sublimatiōis violaꝝ. ℥. j. ß. aq̄ sublimatiōis lactucaꝝ. ℥. j. aq̄ ro. ℥. ß. misce. ꝛ tpe estiuo młti calorꝫ et hijs nō vehemēt frigidꝫ epithīa tipora aut cū spargło respge. Et ꝑ istas aq̄s itelligere potes alias aq̄s vt sublimatōis cucurbite citrulli aut melonis idi aut āgurie. Itē itelligere potes aq̄s istaꝝ reꝝ ꝛ sine madefactiōe pāni potes madefacere manū. Deide cū ea tympora et si velles miscere modicum aceti posses: nō tamen eges, sicut in epithimatiōe frontꝫ in quo est os grossius. Item inungere potes timpora ex hijs oleis vt olei violaꝝ. ℥. j. ß. rosaꝝ. ℥. ß. misce ꝛ lini tympora. Aut si esses in rure et non haberes aliud. ℞. succi extremitatū rubi nouelli. succi matrum violaꝝ. aut succi folioꝝ cucurbite. añ. ℥. j. infundāt succi estiuo tempore i aquis frigidis. Deinde cū hijs succis iungāt tympora. Hyemali ṽo tempore sufficit oleum violaruz cum oleo rosaꝝ ambobus tepidis existentib⁹. ¶ Ad frōtem frigidiora appropriare poterimus et etiam dicta remedia flamma tamen existēte forti ꝛ cōstāte virtute ne obstante alio sic poterimus describere vltra ꝑhabita.

Medicina

fol. 18.

℞. aq̃ sublimationis sempuiue.aque vio.ana.℥.j.aque ro.aq̃ nenuf.ana.℥.ß.aceti.ʒ.ij.misce ⁊ ex hijs fiat epithima fronti. ¶ Vel potes hoc magis domestico vti, vt aque violarum vel lactuce. Aut potes vti vnctionibus frigidis tactis. ¶ Naribus autem potes applicare medicamen in forma vnguenti et odoramenti. Forma vnctionis numeretur inter intrinsecus applicanda. ¶ Odoramentū ergo poterit esse hoc in substātia liq̃da. ℞. aque violate.aq̃ nenufa.aque ro.ana.℥.ß. sandalorum ru.℈.j.cāphore grana.ij.gar.℈.ß.mitte oīa in ampulla stricti orificij ⁊ pone aquā ⁊ cōcute vt euaporationes operentur intra nares infrigidando ⁊ humectando ⁊ confortando. Aut si vis odoramentum pulueris. ℞. triumsandalorū ana.℈.j.rosarū ru.viol'.nenufa.lambrusce ana.℈.ß.camphore grana.ij.gariofilorū.℈.ß.infundantur hij pulueres in aqua rosarum et post exiccationem ponantur in syndone de grana ⁊ globus syndonis odoretur: vel sumantur cortices citri sicci ⁊ puluerizentur ⁊ infundantur aque rosarum ⁊ odorentur. ¶ Item ad infrigidandum et humectandum intingere possumus pennam in oleo vio.aut salicum vel de cucurbita vel alio simili superius tacto et linire intra nares calore nimio ⁊ siccitate languētis. ¶ Aut etiam fiat linitio cum dictis aquis aut etiam stante nimia siccitate et instantia laborum. ℞.adipis galline recentis.℥.semis.quem infunde frigidissime aque siue dissolutum siue liquefactum cum cera alba.vnguentum infunde dicte aque et leni nares. ¶ Itē partib⁹ etiā lateralibus colli et gutturis potest fieri inunctio cum oleo violarum aut oleo cucurbite. ¶ Item pectori potest fieri inunctio ista. ℞. olei violarum.℥.vnam.pinguedinis galline recentis aut axungie porci recentis non salite aut butiri recentis.℥.vnā. cere albe.℥.iij.misce omnia liquefacta aque frigidissime aut aque nenufaris. ¶ Deinde cum dicto vnguento vnge pectus vsq₃ ad guttur. Aut laua dictum vnguentum cum aqua violarum aut frigida simplici. ¶ Item

nares

latera

petty

cor
vi fol. 17.

ethyca

cordi fiat istud epithima. ℞. aque rof. ℥. iiij. aq̄ endiuie silvestris. aq̄ buglose an̄. ℥. ij. triū sandal'. an̄. ʒ. j. margaritarum gra. vj. carabe gra. iiij. Et si forte esset flāma nec abhorreret infirm⁹, mitte cāphore gra. ij. croci. gra. iiij. oīa misce ꝛ cū sindone de grana epithima cor vel meli⁹ cū panno subtili lineo bene mūdo. Aut fiat iste saccul⁹ cordi. ℞. rof. rub. siccarū viol'. siccarū an̄. ℥. j. ß. florū buglose. ℥. ij. triū sandal'. an̄. ℈. j. carabe gra. iij. croci gra. j. cāphore gra. ij. fiat saccnlus quadrat⁹ leniter cōsut⁹ et aspergat aqua rof. aut buglose. Et recipiat fum⁹ harum aquarum cū modico croci asp̄so ignito lapide ex hijs aq̄s. ¶ Si aūt voluerꝭ, p̄pter intētionē feb. habere aquā cordialē frigidiorē, poteris addere aquā nenufarꝭ. Sis tn̄ cautus ꝛ mēti tene mēsurā infrigidatiōis, ne ledas cor ꝛ pectoralia nimis. ¶ Itē si appareat flāma circa epar, poterit etiā epithiari sic. ℞. aq̄ endiuie. ℥. v. aq̄ rof. ℥. ij. sandalorū rub. ℈. j. ß. spodij. ʒ. j. spice (lꝫ calida sit) gra. ij. aceti. ʒ. iij. cōcutiant bene inuicē puluerizatis sandal' ꝛ alijs ꝛ cū quadrato pāno lineo ad quātitatē palme fiat epithia. Aut fiat ista inunctio. ℞. olei rof. ℥. j. olei viol'. ℥. ß. sandalorum ru. spodij an̄. ℈. ij. cere albe modicū fiat vnguentū molle et vngat regio epatis. vel si expedit trāsire ad frigidiora, potes vti aqua nenufarꝭ. ꝛ epithimare cor. addito modico vini tepefacto aromatici: etiā potes epithimare testiculos aut circa pudibūda mſ'ieris. Itē spine ꝛ renibus pōt epithimari ex aqua rof. ꝛ viol'. Itē ex aquis nenufarꝭ. aut salicū. aut sempuiue. aut salicꝭ circa renes. Menti tn̄ tene vt nō ex toto frigida humectātia adhibeātur quādo cōmisceamus aquā habentē aliquid stipticitatis aut aromaticitatis, vt aque rof. Aut si nō posses habere aquā sublimationis, cape aquā decoctionis. Itē cōuenit emulsio lactis, aut aspersio ꝯmixti aque rof. et asperse spine toti ꝛ renibus: ꝛ sit lac mulieris primo: aut scd̄o asine: et tertio capre nutrita dico muliere aut asina vel capra infrigidātib⁹ et humectantibus, vt lactucis endiuie non dico p̄cise ꝙ mulier istis

epar fol. 17. 2°

spina

nutriat sed cibaria alterent per ista: et eligatur mulier flegmatica in fine adolescētie aut in pma iuuētute. iiij. aut saltē. iij. Mēsis a partu que pepit puellā eligat asi na semp iuuenis cōsimilis part⁹ flauella potius q̄ bru na strigillanda et regenda modis pportionalibus di ctis a Galieno. vij. Terrapentice. Item pōt fieri spine inunctio ista. ℞. olei viol. ℥. j. olei ros. olei de cucurbita ana. ℥. ß. pinguedinis porci nō salite ⁊ porci iuuenis. ℨ. vj. cere albe prū fac vnguentuz et lauent hec oīa cum aqua frigida. ¶ Renib⁹ vo pōt fieri cerotū infrigidans Galieni scriptum a Mes. in suo antidotario: vel si vis potes ita describere. ℞. olei viol. olei citonio⁊ ⁊ calidi tate existēte vehemēti olei nenufar. ana. ℥. ß. camphore gra. ij. cere parū ⁊ fiat vnguētū lauatiuuz et molle vt. s. dixi. aut ponat parū cāphore. ¶ De balneo dicendū qua liter fieri debeat ⁊ modū longum applicationis vide a Galieno. x. Terrapētice in cōputatione mea caplo. xij. de regimīe febriū ethicarū. Per balneū modū tn̄ vsualē dicā. ¶ Primo igit ordinet vas pe lectū patiētis omit tendo casas balnei quas dicit Auicen. ij. j. doctrina. ij. ⁊ Galieni. x. Terrapētice loco allegato. Et sit vas rotun duz oblongū tante latitudinis vt in eo possit debite cu bitos extendere vt infirmus cōmunius se totū extende re possit: sit etiā tante altitudinis ⁊ pfunditatis vt se to tum mergere possit in ipso: habeat etiā in longitudine duo extrema ligna siue asseres subleuatos: ita vt extre mitatibus superiorib⁹ ligno apposito pānus poni pos sit ad cooperiēdū si fuerit expediēs. Aqua vo in q̄ laua ri dz infirm⁹ sit fluuialis aq̄ quā pmo ponere possumus simplicem vt aquā decoctionis aliquarum reruz si sim plicem ponimus poterit esse tepida aut ad bonū intelle ctum in frigore imediate tepida aut veri frigoris. Po nam⁹ igit ad tepidā: deinde imediate tepidā. Deide ad tertiā est cā ordinis: qz si pmo ponat ad tepidā cuz ista tepiditate sit obiectū tēperatū respectu tactus: deliciā quādā inducet ⁊ delectationē ⁊ nō dz esse amplius cali

Renes fol. 18.

baln:

ethyca

da ne resoluēdo siccet ⁊ debilitet. Ponat̄ scd̄o ad scd̄az nō assuetā. Primo nō ledit̄ a secūda et sibi pare, et fortior fiet infrigidatio et ita dicas de tertia. ¶ Modus igit̄ balneādi debet esse talis siue post nō repugnantibus alijs balneis, vt debilitate virtut; apostemate, ⁊ sic dū infirm⁹ expulit supfluitates, nec ieiun⁹ nec famelic⁹ nec sitiēs portet̄ p q̄ttuor mistros sup duplicata sindone in p̄senti portet̄ sup culcitra aut sup corio vsq₃ ad tinā. Deinde cooperiat̄ p os lenissime, ⁊ ponat̄ in tinā ⁊ submergat̄ in aquā paulatine fm oīa mēbra vsq₃ ad mentum: et modicissimo tēpore pmittat̄ in balneo donec delectet̄ i eo: al's nō pmittēdo donec ⁊c. Et sit quātitas vigesime ptis hore: deinde si fortis est, iponat̄ aq̄ frigida in dictā tinā. Aut si foret tina scd̄e aque, ⁊ ita tertio augeat̄ frigiditas, vt sit aque frigor; veri ⁊ in omni aqua totali, quia tepida aut sibi immediata aut in aqua veri frigoris, et in hijs cōpensata mora nō transcēdat. x. horam: vel possum⁹ imaginari q̄ postq̄ stetit aliqua morula in aqua tepida, reducat̄ siue reportet̄ ad locuz: ⁊ factis alijs, que fieri debent, post balneū hora cōuenienti eiusdē imittat̄ secūde aque et ita alia hora tertie. Sed fm primū modū reputo leuiorē et expeditiorē: fm scd̄m x̄o tenorē virtutis possum⁹ facere aquā frigidiorē vel minus frigidā. ¶ Vel omni die balneare patientez. vel de tertio in tertiū vel de quarto in quartū. ¶ Scd̄o possumus cōficere tinā magis cōpositā cum decoctionib⁹ herbarū infrigidantiū et humectantiū, vt viol'. ⁊ herba earū ⁊ ros. rub. ⁊ folior̄ salicuz lactucarū nenufar;. ana M. s. coquētur oīa in balneo, qd̄ diuidere potes mō dicto in tepidā, et in balneū sibi imediatū ad bonū intellectum in frigore, et in balneū tertiū veri frigoris. ¶ Itez pōt fieri cōpositio veri balnei, licz nō ita vsuale et vltra illas herbas ponant̄ duo capita castrator̄ ad bulliēdū in aqua dulci scz balnei. Item diuersimode fieri potest balneū respectu diuersarū partiū corpis, quia vel totuz corpus balneam⁹ vel solū medietatē posteriorē vel an-

teriorē, vt in semicupio. i. balneo mediā ptez corpis ca-
piente. Item videte crurib⁹ et iuncturis ꝛ brachijs fie-
ri possunt vnctiōes alteratiue ex triplo oleo viol'. ꝛ sim
plo oleo ros. Interi⁹ ꝟo eorū que applicāda sunt, quedā
p superi⁹ applicant, et quedā per inferi⁹. Inferius ap-
plicant suppositoria et clisteria. ¶ Clisteria quedā fiūt
ad alterandū, quedaz ad feces educendū et leniendū.
Pro primo ꝟo non repugnante alio posset fieri clistere
ex lacte asine et ex aqua sublimatiōis viol'. ℞. lact; asi-
ne. ℥. x. aque viol'. ℥. iij. vel cape partē decoctiōis rerū fri
gidarū dictarū, et fac clistere ꝑcise alteratiuū. aut si que
ris tale, potes describere. ℞. viol'. et herbe earū lactuca
rum spinachie ana. M. ß. fiat decoctio cui⁹ colature ac
cipiant. ℥. xij. vel. xvj. ꝛ ī ea dissoluat cassie. ℥. j. olei vio.
℥. iij. zucchari viol'. ℥. ij. aut iulep viol'. salis. ʒ. j. fac cliste
re. Aut si queris ex clisteri resumptionē ad bonū intel-
lectū, liqua butirū recens non salitū in dicta decoctione
et clisteriza. Et ex solo oleo viol'. potes clisterizare aut
ex aqua decoctionis capitis castrati ꝛ herbis infrigidā
tibus ꝛ humectātib⁹: aut loco butiri potes capere pin-
guedinē recētē iuuenis porci. Aut si nō eēt ītēsa flāma
triplo olei viol'. posses addere simplū olei sisamini aut
amigdalarū dulciū. ¶ Suppositoriū ꝟo si expediat fie
ri fiat ex sepo recenti dum coagulat modico sale īposi
to. Et si fuerit expediens, ex melle fiet: melius tñ est pri
muz: nō incōueniret etiā facere suppositoriū factum ex
penidijs. ¶ Nūc ad interi⁹ applicāda venio p sursuz, que
etiā multiplicē diuersitatē capiūt p diuersas intētiōes.
Nā q̄daz adhibent ad sitis extinctionē, q̄daz ad guttu
ris ꝛ oris īfrigidatiōez ꝛ hūectationē. Pria explicata ꝛ
scōa, de regie accidētiū dicet. tertia ꝟo recipe pōt di-
stinctionē: q2 quedā sunt iulep, q̄dā electuaria mollia, ꝛ
quedā fruct⁹ cōditi. ¶ Iulep alteratiuū ꝛ aliq̄lis resum-
ptionis ꝛ iulep viol'. perfecte decoctionis alteratiuū, ꝛ
per viola. infrigidando ꝛ humectādo per easdem, ꝛ per
zuccharum, q etiam virtute nutritiua participat. vnde

Intra, extra clisteria

suppo^ria

supi^j

Iulep.

ethyra

propinquo nutrimento dictū est, vt p̄ma q̄rti ca. de cura fe. effimere ex oppilatione, cuius lr̄a hꝫ ita. Et zuccarū cū hoc ꝙ est ꝓpinquū cibo. Itē iulep ro. cōuenit infrigidādo coꝛ ꝛ stomachū: resumit ēt ꝑ zuccaꝝ. Si g̊ q̄sieris maioꝛē infrigidationē ꝛ extinctionē sitꝫ vel humectationem, iulep viol. ꝯueniēs erit. Et silr̄, vbi q̄reres lenificationē vētris. Si v̄o q̄reres coꝛdialitatē maioꝛē ꝛ vigorare stomachū, vtere roseo. Itē ad alterādū cōuenit magis iulep nenuf. q̄ ēt coꝛdiale est. vñ ſꝑ quere iulep nō solū alteratiuū ꝛ refectiuū, qꝛ nutritiuū, ſꝫ ēt spūi cōfoꝛme, qꝛ coꝛdiale ꝛc̄. Itē ꝯuenit iulep de acetosella, dū non adest stipticatio vētris. Et si vis reddere ista iulep magis coꝛdialia, potes circa finem cōpositionis exhibere modicū cāphoꝛe aut carabe, aut si nō fuerit tāta flāma, potes capere. iij. ꝑtes aq̄ ro. aut viol. aut vnā aq̄ buglose ꝛ facere iulep. Itē cōuenit iulep de boꝛagine. Itē de endiuia siluestri, aut lactuca, aut poꝛtulaca, siue cucurbita, aut melone indo. vel dul. vel sempuiua vbi q̄reres vehemētis flāme extinctionē. Et si miscueris cū aq̄ nō coꝛdiali, aquā ro. vel buglose silr̄, meli⁹ erit. Itē potes facere iulep resumptiuū, vt sumatur capo iuuenis aut pulla q̄ nōdū ouificauit: aut ꝑdix. ꝛ q̊dlibet istoꝝ sublimādū lauet cū aq̄s sublimationis dictaꝝ reꝝ q̄re ro. vel acetose vel ponat ad sublimādū vt fiet iulep cōpositū cū folijs ro. ru. ꝛ boꝛagis ꝛ acetoselle. ꝛ ex ista aq̄ sublimatiōis et zuccaro al. dissoluto ī aq̄ ro. ꝛ viol. ꝛ mlt̄o retēto tp̄e fiet iulep. ¶ Eodē mō potes sublimare limacias recētes p̄mo bñ lotas ī aquis aut herbis sublimatis. Et eodē mō potestis sublimare carnes testudinū ablatis testis ꝛ abscisis pedib⁹ ꝛ ex toto a coꝛtice mūda testudine ꝛ euiscerata ꝛ lota siue infusa p̄mo in feruenti aq̄: deinde posita ad sublimandū, vt tactū est. ꝛ iulepiza cū aq̄ sublimationis. Vel si vis facere cōpositū iulep ex istis recipere potes gūi ara. dragãti se. citonioꝝ añ. ʒ. ij. triū sandal. añ. ℈. ij. coꝛiādri recētis. ℈. iiij. se. melōis citrulli ꝛ cucurbite excoꝛticatoꝝ ana. ʒ. ß. cinami. ℈. iiij. gar. ℈. j. liq̄ritie

aque

recētis si haberi potest minuti incise.ʒ.ß.ↄtunde cōtun
denda ⁊ pulueriza puluerizāda: ⁊ aspergat caro subli-
manda hijs vel si volueris saporizare iulep dictū vt ali
qualiter declinet ad acetosuȝ funde vinū granatoꝝ sup
dictā carnē aut aliquid sibi ꝓportionatū. ¶ Julep aliud
posset fieri ad restaurandū si q̄s sciret bn̄ sublimare. vt
inueniat iuuenis masculus humanus vel femella tēpe
rate cōplexionis vel sanguis boni ⁊ recti regie debito si
ue recto vl' tēperato vl' recti regie infrigidante a quo p
flobothomiaȝ sanguis extrahat ⁊ sublimet ⁊ ex triplo
aq̄ ro. ⁊ ex simplo sublimatiōis dicti sanguis cū zuccha
ro fiet iulep. ⁊ notate hoc multū valere ad resumendū.
Et si vultis p̄mo aromatizare sanguinē potestis. Sil'r
vbi q̄reres alterationē lȝ nō cū resumptiōe tāta potes
pisciculos sublimare aut anguillas recētes optimi flu-
uij cūctis comestis viscerib⁹ ⁊ extremitatib⁹ abiectis ⁊
corio: immo si ponerēt in vētre galline vt forēt semico
cte: deinde lauarent in frustra diuise in aq̄ ro. ⁊ ponerē
tur ad sublimandū ēt ex aq̄ sue sublimationis posset fi-
eri iulep ↄueniēs mō dicto Et potes facere simplex aut
cōpositū tuo mō ex p̄dictis. ¶ Jtē videte potest fieri iu-
lep īfrigidās humectās resumēs insolitū tn̄ ⁊ inusuale
est: ⁊ est vt sumant ranule post leuē rorē ⁊ pluuiā in ne-
morū mōtanoꝝ aut ī siccorū locoꝝ arborib⁹ repte viri-
des ⁊ tenelle ventrib⁹ lacteis. quaꝝ igit abscišo capite
et euiscerat ꝫ vētrib⁹ ⁊ kelarū ⁊ pedū exterius remotis
partib⁹ fiat sublimatio adiūctis herbis p̄habitis ⁊ plu
ribus aromaticis vt p lib. carniū sit lib. ß. ceterorū aut
tertia quātitas iuxta itēsiones q̄s ↄcipis adipisci. ¶ Ex
fructib⁹ v̄o aromaticꝫ aut eoꝝ folijs p te vide ⁊ vtere vbi
expedierit nec sp incede p solita dūmō noua sint s̄m cō
munē rationē ⁊ dilecta ⁊ placida patiēti. ¶ Ex p̄habitꝫ
iulep de quoꝝ quibusdā supius feci mētionē sirupos ēt
ꝓportionabiles cōcipe possum⁹. Ubi enī p faciēdo iu-
lep vtebamur aq̄s sublimationū p faciēdo sirupos vti
possum⁹ decoctionī reꝝ q̄ꝝ radicū aut folioꝝ al's seium

ethyca

vt dicebā in prioribus. pōt etiā ex decoctiōibus carniū cōfici sirup⁹. vt qlibet ītellect⁹ terminos concipere pōt. ¶ Docet em hmōi cōponere Gilbert⁹ anglicus ī sua practica gilbertina in regīe ethice: ⁊ silr Guil. de placētia de salso in antidotario guilkene in parte incipiēte de cōditis. ¶ Si qrat an iulep magis ꝯueniat q̄ sirupi: dicendū vbi qram⁹ alteratiōnē citā ⁊ citā resumptionē iulep cōueniētiora sūt. Ubi vo ꝯstantiores alteratiōes ⁊ resumptiōes magꝫ ꝯueniūt sirupi. Alie pñt esse differētie suis locis explicāde. Electuaria cōueniētia sūt ista. Et pmū est hoc electuariū vsuale cordiale cognitū infrigidatiuū ⁊ hūectatiuū in lenitiōe poti⁹ ventris addēs. ℞. zucchari viol. ℥. ſ. zucchari boragiati. zuccari buglosati añ. ℥. ij. manuschristi cū plis. ℥. vj. incorporent adinuicē ⁊ cū aq̄ cocta frigida. vt. ℥. iiij. coclear vnū dicti electuarij da in potu. Ubi vo qras maiorē cordialitatē nec multā lenificationē ponam⁹ zuccharū ro. antiquū s. mēsiū. iiij. aut saltē nō pterierit annū. Si vo qras maiorē īfrigidationē potes ponere zucchar nenufarꝫ. i. de eius florib⁹ aut folijs. Potes etiā facere electuaria magis cordialia cū cōfectiōib⁹ solidis. q̄ ꝯmiscent zuccaris dictꝫ aut fm trociscos siue suffuf aut pulueres. Itē pōt fieri electuariū resumptiuū: vt. ℞. pulpe capponis iuuenis in pectore vel alis exñtis. ℥. iiij. ⁊ sit cappo paulatiꝫ assus vel fm cōeꝫ modū elixus. deinde in mortario ⁊ pistello cōtundat subtilit. Aut si vis dictaꝫ capponis quātitatē aut multā ⁊ pone postq̄ ꝯtusa est sub mola ad molendū ponēdo aquā ro. ꝑ triplo ⁊ buglose ⁊ acetoselle ꝑ simplo. Eodē mō. ℞. amigdalarū dulciū recētiū g̃noꝝ pini ⁊ phisticoꝝ vtrorūq; īfusoꝝ in aq̄. ℥. j. molent vt dictū est: ⁊ ita molita inuicē misceant. deinde. ℞. liquirꝫ subtilit pulueriꝫate aut succi ei⁹. ℥. iij. seminū cōium maioꝝ sufficiēter tritoꝝ aut cōtusoꝝ añ. ℥. j. se. endiuie. se. lactuce. se. papauerꝫ albi añ. ℈. iiij. Hec sēia contūdi pñt. tñ meli⁹ est vt ex amigdalis ⁊ istis seminibus fiāt emulsiōes. et cū pˀhabitꝫ misceant. Deinde. ℞. gūi

hyemis fuerit frigidum et humidum fit lixiuium ex cineribus quercus factum non mordax cum decoctione huius. ℞. florum rorismarini florum camomille ana. Manipulum semis. pulegij. foliorum lauri ana. quartam Manipuli vnius. corticum citri. ℥. j. contundantur et bulliant in lixiuio. Et si vis potes addere frustum gariofilorum. ʒ. iij. ¶ Estiuo vero tempore fac lixiuium ex cinere mirti aut granati aut salicum cum decoctione huius. ℞. rosarum rubearū. lambrusce corticum citri ana Manipulum vnum. ¶ Autumno autem potes vti viol. aut matrici eius: et ita vere vtere lixiuio medio quod tamē ingrediantur capitalia. ¶ Memora etiam semper complexiones naturales etates consuetudines et pones ista tria varia lixiuia. ¶ Post vero capitis lotiones fumigandi sunt panni hyeme pro delicatis et potentibus puluere hoc. ℞. ligni aloes crudi et vnctuosi vncias. iij. fustium gariofilorum corticum thuris ana. dragmam. j. thuris masticis sandarace ana. vnciam vnam semis. contundentur grosso modo. Et ex hijs mixtis coclear vnum superponatur prunis quāuis pro remedijs in diuitibus potest capere corticem thuris et thus. ¶ Item fustes gariofilorum pro pauperibus sufficiūt iuniperi gūmi aut folia lauri et mente. ¶ Estate vero potes ita fumigationem facere vel describere. ℞. aque rosarum rubearum lambrusce ana. ℥. semis. coriandri. ʒ. iij. ligni aloes. ʒ. j. In autumno adde puluerem violarum aut nenufarum. Similiter si regendus capitis lotionem abhorret vt nociuā fiant suffumigationes prehabite. ¶ De suspendendis ad collum dico in hoc casu cōuenire suspēsionem iacinctorum ad collum potissimum si quis illos auro munierit. Unde in tractatu iacinctorum alias incantationum imposito Galieno. si non fuit eius: littera habet ita. Itē Aristo. dicit qōlibet genus iacinctorum suspendens collo siue habens in digito si intret regionem pestiferam non leditur sed mentibus hominum honoratur et a maioribus petitiones eius complentur.

suspēsio colli

¶ Item conueniũt suspẽsiones smaragdoꝝ ⁊ eoꝝ inspe
ctus maxie ꝓ cõfortãdo cerebrũ ⁊ oculos stõachũ ⁊ inte
stina. Itẽ ꝯ epydimiã al's epileptiã valde valẽt smara-
gdi i eodẽ tractatu sic lr̃a dicẽte Arist. in li. de lapidibꝰ
Aut suspẽdens smaragdũ collo aut portãs digito defẽ
dit a casu epilẽtie. Unde semꝑ madamꝰ nobilibꝰ vt col-
lo filioꝝ suoꝝ suspendaẗ ne hanc incurrãt infirmitatẽ.
Qd ṽo cõferat oculis explicat pliniꝰ. xxxvij. naturalis
hystorie caplo. vj. dicẽs i lr̃a. Tertia auctoritas ex sma
ragdis ꝓhibeẗ pluribꝰ de causis. Nullius aspectꝰ iocun
dior est. Nam herbas quoqꝫ virẽtes frondesqꝫ despecta
mus. smaragdos ṽo tanto libentius qm̃ nullum oĩno vi
ridius cõparaẗ illis videlꝫ ꝓpterea in sole gẽmarũ con
tinuatarũ impleri nõ faciũt quin ab intentiõe alia in-
spectu smaragdi recreeẗ acies sculpẽtibusqꝫ gẽmas nõ
alia gratior refectio oculoꝝ est: ita viri lenitate lassitu-
dinẽ mulcet ꝓpterea longinque applicanẗ visui infe-
rentes contra se repercussuꝫ aera non soluꝫ mutata nõ
vmbrã: nõ lachrymas sempqꝫ sursum radiãtes ⁊ visum
admittẽtes ad crassitudinẽ sui facilitate translucendi
ꝙ etiã in aquis non iuuãt plerũqꝫ eideꝫ cause vt visum
colligant. cuius ṽo corpus extentũ eadẽ speculatiõe su
prema imagines reruꝫ reddunt. Nemo ꝑnceps gladia
torũ pugnãs spectet smaragdo. smaragduꝫ etiã cõfer-
re intestinis tangit Auẽzoar caplo. j. sui thesir cuius
littera habet: ita ex ꝓprietatibus ipsius smaragdi est
quãdo suspendiẗ ad collũ vt stet sub vẽtre illius qui pa
titur fluxũ ⁊ lubricitatẽ intestinoꝝ liberabiẗ. ¶ Similẽ
tangit serapio simpliciũ simplici. xvj. cũ smaragdo que
dam addens si addaẗ oculus tiri sup smaragdos dissol
uũtur oculi eius et liquescunt. Breuia etiã solẽt ꝓ istis
suspendi ad collum ex verbis diuinis vt psalmorũ quo
rum non habeo noticiam: semꝑ tamen in peste auxilia
torem petamus deum ad quem cuncta festinant ⁊ respi
rant et a quo mĩsicordie oẽs ꝓcedunt. vt Mesue in ꝓ-
logo simplicium ⁊ ita est etiaꝫ si non tangeremus. So-

lent etiam suspendi collo potissimū puerorū ita filo pē-
dens corallus lapis cordi conferens et stomacho.¶Ad
odoramēta venio. quedā pñt esse simplicia quoꝝ quedā
composita. De primis dicenduꝫ habendo menti ne sint
nimis calida permutātia valde cerebrū que applicen-
tur: aut valde frigida ꝛ humida vel sicca: ꝛ maxime vi-
tentur illa capite repleto. tēpore vͦo hyemali potissimū
humido ꝯuenit odorare cortices citranguli: arancij vel
limonis et similiū. Item folia lauri. Iteꝫ lignum aloes
Item cinamū gariofi. macis nux muscata. Vitet tamē
post cibuꝫ horū vehemens odoratio. Et si cōtingat etiā
exire domū non querat etiā nimis frequēteꝫ odoratio-
nem. Odoramēta autē sunt cōueniētior a mane vel no-
cte vel sero ante cenā ꝙ horis alijs. ¶Item ꝓpter deli-
catos et nobiles cōuenit odor musci vel ambre: sufficit
tamē vt in manu portet siue teneat cotū in quo diu ste-
terit muscus bene coopertus aut ambra vel inuoluat co
tum illū sindone grana muscate aut ambrate et in for-
ma globi portet in manu.¶Tempore vͦo estiuo odora-
re potest rosas pira et poma. Itē aliquādo flores nenu
far. ad plus sandalos rub. aliquādo camphoraꝫ.¶Au-
tumnali vͦo tēpore in principio ꝓpinquāte hyemi pro-
cedat remittēdo frigida: adde tm̄ autumno humida au
tumno ꝓcedente sicco.¶In vere etiā mediabit odora-
re camphorā etiā si nō abhorret regendus odoret esta-
te ipsam potissimuꝫ. ¶Ex cōpositis autē primo hyeme
esse potest galliamuscata descriptione Mesue in suo
de appropriatis in cura sode frigide cuius principiuꝫ
ita dicit.¶Odoramentū conferens sode frigide. et po-
testis ex pulueribus illis facere pomum cum laudano.
¶Item valet aliud cuius descriptio incipit: odoramen
tum aliud expertum ad frigiditatem cerebri. Item con
ueniunt alia tria quorū primū. Aliud conueniens ꝛ est
bonuꝫ cuius est ꝛc. Aliud valens similiter ꝛ est secūdū.
incipit tertium et vltimum.¶Aliud notabile satis. po-
testis etiam per vos multa componere alia eligēdo ca-

odoramta

pestem.

pitalia et cordialia et cōprehendendo gradus eorū vt ipsa pportionet tēpore frigido ⁊ humido. Et potestis ipsa facere calidiora fm mutationē tēporū. Memorare tamē semp vitandā esse frequentē odorationē odoriferor saltem fortiū capite repleto. Et ppter repletionē stomachi: hyeme vero etiam tempore humido odorifera potius sunt in substantia pulueris aut pomi et etiā in summa in substantia solida et sicca ꝙ in actuali humida. ¶ Si tamen velles in actuali humida facere recipere acetum potes cum puluere gariof. vł simili ⁊ hoc potes leuiter facere: vel potes accipere aquam melise vel aquam ros. muscatā et infundere pulueres cordiales ⁊ intingere spongiam quā in manu portabit. ¶ Itē estate facere potes composita odorifera frigida: vt. ℞. ros. rub. ʒ. ij. sandalorū rubeor. ʒ. j. balaustie. ʒ. j. semis. florum nenufarū siccorū. ʒ. j. tere omnia subtiliter. Deinde. ℞. carabe. ʒ. iiij. camphore grana. ij. terantur etiam ista subtilissime quodlibet per se ⁊ continuent cū modico olei rosati aut simili q̄ hic prehabiti pulueres ⁊ cū sexquialtera laudani fiant poma quibus regendus vti potest. ¶ Similiter hic vide cordialia odorifera frigida et comprehende gradus eorum et distingue descriptionem tempora cōplexiones etates ⁊ consuetudines. Potes etiam describere odorifera liquida: sunt enim vsualia vt infundantur spongia aceto et aque ros. mixtis. Et si fuerit tempus valde siccū potes addere aque viola. ¶ Restat circa assellas ponenda tangere. Nam cum loca illa bene munda vt hyeme ⁊ alijs temporibus cum panno fricando et postea lauando cum aqua cordiali non constipando tamen vt hyeme cum aqua buglose scilicet decoctio aut sublimatio. ¶ Estate vero cum aqua viola. scilicet decoctio vt prius. Tamen remoueamus superfluitates deinde cum aqua lauemus. Et existentibus superfluitatibus non est ex toto tutum cordialia applicare sub asellis ne forte dirigantur superfluitates ille expulse ad emunctoria ad ipsuz cor. ¶ Saccu

lationum rememorans dico q̄ sacculum temperatū ap plicare possumus et quasi temperatum in actiuis. pmo vt in ipso ponātur quasi temperata. Secūdo vt tempe-riem acuemus in sacculo et per cōmixtionem frigidoꝝ cum sacculis aut cum calidis. ¶ Pro primo. ℞. florum buglose et folioꝝ eius ana. ʒ. ij. semis iacincti smaragdi ana gra. iij. foliorum auri et argenti. ana. ℈. ß. et ex hijs fiat sacculus de rubea sindone infundens ex vaporib⁹ aque buglose ⁊ modicissimo aceti et croci ⁊ iacta aqua dico tegule valde calefacte. Et si vis facere sacculū tem peratuꝫ vt dixi. vt. ℞. melise ⁊ seminū eius ana. ʒ. ij. ro. rubea. ℈. j. margaritarum nouarum gra. iiij. alꝰs. viij. te-re et fac sacculum vaporatiōis vt supra. ¶ Secūdo prin cipaliter potest fieri sacculus calidus. vt. ℞. melise ⁊ se minis eius ana. ʒ. ij. ligni aloes crudi gariofꝰ. ana. ℈. j. been albi et rubei ana. ℈. ß. croci gra. iij. et fac sacculuꝫ vaporatiōis vt supra cum aqua melise aut decoctione enule aut zedoarie aut cubebarū aut similiū cordialiuꝫ calidorū vel minus calidorū ſm necessitatē. ¶ Saccu-lus calidus ita describiꝰ. ℞. ro. rub. ℥. ß. coriandri sicci. ʒ. j. spodij corallo. rubeo. sandaloꝝ rubeo. ana. ℈. j. mar-garitarū. ʒ. vj. Si vo non abhorret camphorā gra. j. ß. panatur et fiat sacculus vaporandus cum aqua roß. et modico croci aut cuꝫ aqua violꝰ. ¶ Epithima aūt imagi nari possum⁹ frigidū tēperatū ⁊ calidū. Primo frigidū sic. ℞. aque ro. ℥. v. aq̄ buglose. ℥. j. triūsandalꝰ. aā. ℈. j. ro. spodij aā. ℈. j. coral. ru. ℈. ß. Si vis forti⁹ īfrigidare ad-de cāphore ǧ. iij. ℞. aq̄ acedule. ℥. vj. aq̄ pomoꝝ aroma-ticoꝝ aq̄ acetositatꝭ citri aā. ℥. j. coral. ru. ʒ. ß. croci. gra. j. cāphore parū. Itē potes addere coriādra sicca. ¶ Epi-thima vo calidūꝫ fac sic. ℞. aque melise. ℥. vj. aque bu-glose. ℥. j. ligni aloes. ℈. iij. gariofilo. ℈. ij. serici combu-sti. ʒ. semis ozimi gariofilꝰ. zedoarie ana. ℈. j. musci am-bre ana gra. ij. tere et fac epithima cum panno albo li-neo mundo vel cum panno scarlato vel sindone de gra-na. Aut. ℞. aque sublimationis enule aque melise ana

epithīa

pestilen.

ʒ.ij.ß.aque sublimationis ozimi gariofilati.ʒ.j.ß. cinamomi cubebarum ana .ʒ.j.ß.gar.ʒ.j.corticū citri.℈.iiij. misce ꝛ fiat epithima vt scis.¶ Itē pōt fieri epithia tēperatū vt sic.℞.aq̄ buglose.ʒ.vj.floꝝ ꝛ folioꝝ buglose an̄.ʒ.ij.smaragdi.℈.ß.iacincti gra.iij.foliculoꝝ aur̄ gra.vj. fiat epithia cū pāno lineo vt scis.vel videte cōmiscēdo grana cordialia mediū facere possum⁹ vt cōmiscēdo calida cū frigidis ꝛ illud p vos facite.ꝛ ꝓ ita faciēdo habete igit̄ calidoꝝ ꝛ frigidoꝝ grad⁹ ꝛ tūc eq̄parate gradus gradib⁹ ꝛ dosim dosib⁹.Cōsiderate etiā reꝝ substātias si etiā vult; facere epithia cordiale nō valde siccās vl' humectās addite flores nenufa.licȝ quidā ponāt nenuphar esse siccū vel aquā recentē endiuie lȝ siccata ponat̄ sicca.¶ Hijs expeditis ad vnctiones cordiales venire poterimus frigidas.s.ꝛ calidas ꝛ medias inter humectationes ꝛ exiccationes.Potest igitur describi ista inūctio.℞.olei ro.ʒ.j.ß.magaritaꝝ.℈.ß. Itē spodij coriādri an̄.tertiā.℈.j.ꝛ si flāma esset vehemēs camphore gra.iij.acetoselle.℈.ß.croci gra.j.fiat inūctio cordialis calida ex oleo lilioꝝ alboꝝ vt.℞.olei ex oliuis bene maturis lib.j.folioꝝ lilioꝝ al.aliqual'r post cōtusionē retentoꝝ ī sole.ʒ.ij.si fuerit necessariū cito bulliāt ista inuicē. Si aūt nō fuerit tāta necessitas ponat̄ ad solē ꝛ fiat in unctio.Postea mō tuo potes si vis addere olea cordialia ꝛ alia vt gar̄.aut ambrā aut ligni aloes vel sil'ia.Itē potes facere vnctionē tēperatā addēdo ol'i ro.ʒ.j. croci ℈.j.aut gra.iij.vl'.iiij.aut cape flores buglo.ꝛ īmitte ol'o oliuaꝝ ꝛ potes addere tēpata cordialia aut smaragdū aut folia auri.¶ Iteȝ fumigia ēt cordialia facere potes calida frigidaꝛ media q̄ p te collige sup ca .acutaꝝ ꝛ vide calidā vnctionē quā p te fac ex oleo de spica descṕtione Me.cū modico aceti vel potes capere olei ro.ʒ.j.ß. et spice.ʒ.iij.aut macis aut ciperi. ¶ Epithima calidū sic fac.℞.aque mēte.ʒ.iij.aq̄ eupatorij aq̄ absinthij an̄. ʒ.j.spice melise an̄.ʒ.iij.aceti.ʒ.j.fac epithia.¶ Fumigationes epati calidas ꝛ frigidas ꝛ medicinas fiēdas ap

vnctiones cordiales.

ponendas facere potes ex dictis. ¶ Expeditis exterius applicādis ad interi⁹ applicāda facile veniam⁹ quorū qdā erūt digerētia ꝛ ꝯfortātia mēbra pncipalia. ꝛ qdaꝫ euacuātia. ꝛ qdā post euacuationē rectificātia mēbra ꝛ defendētia a peste ꝛ dū de euacuationib⁹ fiet mētio cō sequēter dicet ꝛ de flobotomia ꝛ vētosatiōe cū scarificatione aut appōne sanguisugaꝝ ꝛ tñ ordo inter pdicta explicabit ¶ Pro pmo iulep aliq memorāda sunt quoꝝ qdā sunt calida. qdā frigida. qdā hu. qdā sicca ¶ Frigida sunt sic iulep ro. Itē boraginatū fm quosdā: teneant tñ p nūc ro. tm. ¶ Itē iulep viol. Itē iulep agreste ꝛ aceti aut acetositat citri arācij limonis pomoꝝ aromaticoꝝ piroꝝ cornoꝝ ꝛ filium ex quoꝝ aqs p sublimationē iulep cordialia fieri pñt q potes aromatizare añ appōeꝫ zuccari cū sandal. aut corall. aut cū luto armeno. ¶ Vl faciatis cōpositū iulep rōne aqꝝ aut cōmiscēdo aquaꝫ ro. aquā viol. aut nenuf. Itē iulep calida facere potes pmo simplicia vt iulep de melisa aut ex aqs sublimationis ozimi gariofilati aut ex aq sublimatiōis roris marini aut mēte aut aq sublimatiōis floꝝ citri aut carnositatis siue acetositatis dimisso cortice. ¶ Vel potes facere cōpositū rōne distinctaꝝ aquaꝝ vel aromatizent volentib⁹ cū aromatib⁹ calidis ꝛ ligni aloes vel gar. vel similib⁹. ¶ Silr potestis ex aq sublimationis enule cōficere iulep. Potestis etiā seruare cordialitatē aq frigidevt ro. faciēdo tñ iulep calidū addēdo aqs calidas aut calida aromatica vt. ℞. aq ro. ℥. ij. aq buglose. ℥. j. aq melise. ℥. iiij. gar. ligni aloes añ. ℈. ij. ista puluerizata infūdant dictis aqs. ¶ Deiñ postq̄ steterint īfusa p sex horas saltē vl bullierit lenit in dict aqs distillet p filtruꝫ deiñ fict iulep cū. ℥. viij. zuccari vel. vj. vel. vij. vel. v. fm q̄ vis facere iulep liqdius vel min⁹ liqdū. Nā forte melius est zuccaꝝ min⁹ esse in sexquialtero vt nō egeas cō mixtione alteri⁹ ad liqdādū iulep. ¶ Et si forte regend⁹ qreret acetosuꝫ vel receptur⁹ qreret hoc ppt maiorē pseruationē addere potes. vij. ℥. aquaꝝ aromatizādaꝝ vt

Ab intra

Iulep

pestilen.

dictū est.ʒ.ij.acetositatis citri aut alteri⁹ cōsimilis ace-
tosi. ¶ Expeditis calidis ꝛ siccis iulep ad tēperata ve-
nio. ꝛ primo facere possumus temperatū ex aqua buglo
se ꝛ zucchero albo p magnū tēpus retēto in aq̄ frigida
vt. ℞.aque buglose.ʒ.vj.zucchari al.ʒ.iiij.fiat iulep sim
plex. Aut si vis potes facere ista sola aq̄ sublimationis
augere cordialitatē eius addēdo iulep cōpleto gra.iij.
tritissimi auri. ꝛ gra.iij.smaragdi ꝛ tātū margaritarū.
Uel scdo potes facere iulep tēperatū miscendo calida
cū frigidis vt cōsurgat tēperamētū ꝛ cordialitatis au-
gmentū ꝛ pro isto opꝫ te hr̄e gradus cordialiū ex aucto
rib⁹ habitꝫ iulep: sirupos ꝯsiles facere possum⁹ calidos
frigidos ꝛ tēperatos acetosos ꝛ simplices in sua deno
minatiōe vt sirupū ro.dupl'r cōstrictibilē sic. ℞.ro.rub.
M.j.siluestriū bulliāt in li.j.ß.aq̄ fluuial' ad cōsumptio
nē tertie ptis. Deinde colet ꝛ cū.ʒ.viij. zucchari al. fiat
sirup⁹.j.lib. Et si vis vt placibilior sit sirupus pone.iiij.
mellis ro.vt. ℞.succi dictarū rosarū.ʒ.j.ß. aq̄ fluuial' di
cte lib.j.bulliat succus ad ꝯsumptionē tertie ptis dein-
de colet ꝛ cū.ʒ.viij.zucchari fiat sirup⁹ vni⁹lib.aq̄. Et si
vis vt placibilior fiat sirup⁹ pone.iiij.mell' roß. Uel. ℞.
sirupū dictarū ro.ru.ʒ.j.ß.aq̄ fluuialis dicte lib.j. fiat si-
rupus ad ꝯsumptionē.iiij.ptis. Deinde iteruꝫ sirupizet
cū tāto zucchero dcō aut miori quātitate ſm ꝙ vis. Itē
vtrūq; sirupū dictū potes facere acetosuꝫ ad tui libituꝫ
acetositatis: tn̄ citri appropriat multū defensioni pestꝫ
ꝛ sirup⁹ acetositatꝫ acedule domestice vn̄ acetositatis ē
granati acetosi ꝛ muzi adhuc domestica magis est etiā
acetositatꝫ arācij dulcis bn̄ maturi. ¶ Et potestꝫ facere
sirupū cordialē frigidū ꝛ aliq̄liter humidū ex decoctiōe
vel succo endiuie siluestris faciēdo vt dictū est. ¶ Itē ex
florib⁹ nenufarꝫ.eodē mō potestꝫ facere ꝛ acetosare po
tes cū dictis acetositatib⁹ ꝛ qr cordialia ſm plurimum
sunt sicca potestis addere aq̄s humidas vt endiuie re-
cētis vel lactuce ꝛ aliqn̄ aquaꝫ decoctiōis aut succū po
moꝝ aut piroꝝ vel aquā sublimatiōis portulace a ut cu-

curbite vel angurie vel alterius sil'is. Potes etiā cōpo-
nere dictos sirupos cordiales frigidos cū frigidis aro-
matib⁹. Eodē mō potes cōpōere dictos sirupos cordia-
les calidos sumēdo vt scis succos vl' decoctiōes ⁊ facies
simplices vl' cōpositos vt scis. Et lȝ sit cōis vsus pmisce
re aq̄s alias sirupis vt iulep: tñ si potestis facere iulep
debite coctū ita tñ vt nō req̄rat mixtionē aliā erit meli⁹
Cōsidera ēt q̄ cū in peste valde ledat cerebruȝ pluries
aut valde epar vt appet ex glādulis post aures veniēti
bus in peste aut in inguinib⁹ q̄ramus ēt quātū possum⁹
vt adhibeam⁹ cordialia nō repugnantia cerebro aut ēt
epati p aliq̄ vltra cordialitatē lȝ putē oē cordiale aro-
maticitate eē cerebrale ⁊ epaticū. ¶ Expedit hys ad so- sotua
lutiua veniēdū. Et pmo est vnuȝ leue q̄ valde cōmēdat
ruffus vt pȝ. xvij. Cōtinēt capl'o de aere ⁊ regiōibus. ⁊ pill. coes
scribit isto mō. ℞. aloes ptes. ij. mirre croci aā ptē. j. et
et hoc fiāt pill'e aloetice ⁊ cōes dicte ⁊ mēti tene. Auic.
docet hui⁹oi die sumere regēdū. ʒ. j. hoc tñ multū displi
cibile est ⁊ inuoluat nebule mollificate in vino aut cor
diali aq̄. Et si vis eas facere mag cordiales adde cuili-
bet. ʒ. pill'aꝝ musci gra. j. aut ābre. Tēpore frigido ⁊ hu
mido. calido vo tm̄ cāphore addere potes aut margari-
taruȝ g. ij. aut tm̄ luti armeni subtilissimi. Tpe ēt estiuo
aloes lauare poterim⁹ cū aq̄ ro. mirrā silr ⁊ crocū aut cū
succo pomoꝝ arōaticoꝝ ⁊ ɔficere pill'as cū succo aceto
sitat citri. Tñ mēti teneat phibēdo vsū aloes. vitet ei i Aloes usq
puo emorroydali fluxu ⁊ i hñte epar debile. Vitet etiā
tpe magni frigor aut multi calor. Tēpore vo multū ca
lido aut frigido aut sicco valde ɔuenirēt elephāgie mū elephagine
dātes stōachū ⁊ intestina ⁊ instra sensuū phibētē a pu-
trefactiōe rōne aloes ⁊ arōaticoꝝ pill'as ingrediētiuȝ
si tñ sumant in septimana bis satis erit ⁊ pluries. ꝯ. so-
lo vtunt pro vice ⁊ ita tm̄modo vnā pill'am aut tres cō
stituūt. ʒ. j. maxie qñ itēdim⁹ a capite euacuare pl⁹. Aui
cen. iuxta sententiaȝ summa. j. iij. cañ. cum materiā eua
cuare volueris ⁊ post cenam capi intendendo vt est ta-
ctum a capite euacuare vel sumantur in matutinis.

pesthen.

¶ Potest etiã dictus puluis aloes infusus oui vitello: aut posset dict⁹ puluis infũdi in vino dulci aut aq̃ valde zuccharata. Itẽ ad educẽdũ materias cões ⁊ mũdificã dũ etiã cor valet agaric⁹. Itẽ numerat int cordialia ab Auic. in de virib⁹ cordis. ⁊ p̃mo mõ Gal'i. quẽ tãgit Me. sue cap'lo de agarico faciẽdo trociscos p hũc modũ. ℞. agarici. ʒ. iij. tere subtilit. Deĩde. ℞. zinzi. boni. ʒ. ij. pul uerizet deinde bulliat ad ꝯsumptionẽ tertie ptis zinzi. in. ℥. iiij. aq̃ buglose: deĩde colet ⁊ fortiter exp̃mat zinzi. in pãno: deinde agaric⁹ huic infundat infusiõi ⁊ dimit tatur in vmbra aut leui sole siccari ⁊ inde fiant trocisci. Quoꝝ q̃libet sit. ʒ. j. hoꝝ trociscoꝝ puluerizatoꝝ det vn⁹ cuz. ℥. j. ß. cassie aut cũ. ℥. ij. mãne: vel possum⁹ ita descri bere. ℞. puluerꝫ yerepigre. pul'. dictoꝝ trociscoꝝ añ. ʒ. j. forment pil'e. dos sit vsq ad. ʒ. j. ß. Cõis tñ dos est. ʒ. j. cõsimilẽ cõmixtionẽ hoꝝ trociscꝫ. ⁊ pil'arũ elephangi narũ facere potes. ¶ Itez cõmendant mirabolani dãdi vtscis. Et habe semp mẽti eoꝝ nocumẽta corrigere dũ queris solutionẽ ⁊ cõstipationẽ: vitarem⁹ p̃bere infusio nez et põt tñ vti quasi quolibet tp̃e anni infusiõe mira bo. speciei distincte ẜm inductionẽ siue intentionẽ edu cẽdi humorẽ: posses etiã ex mirabolanis ⁊ aloe cõfice re pil'as: vt. ℞. mirabol'. citrinoꝝ. ʒ. ij. aloes. ʒ. ij. ß. mir re croci ana. ʒ. j. mirabol'. triti infundantur decoctiõi ⁊ exp̃ssioni passularũ ⁊ ex satis ab humiditate remotꝫ et aloe mirra et croco fiãt pil'e ⁊ sumẽdo estate. ʒ. j. in co lericis marie. ¶ Itẽ infusionib⁹ reubarbari vti possum⁹ exhibẽdo cuz manna aut cassia aut aquis cordialib⁹: vt ℞. reubar. ʒ. ij. spice gra. iiij. tere ⁊ infunde in. ℥. viij. vi ni subtilis aromatici: deinde dissolue mãne. ℥. j. ß. aut. ℥. ij. si fuerit tp̃s valde calidũ in. ℥. viij. aq̃ endiuie siluestrꝫ ⁊ misce tũc infusionẽ reubar. bñ exp̃ssi ⁊ da in potu. Vi ta tñ inquãtũ potes scamoneã. ¶ Ex scamoneatꝫ tñ cõfe ctio de mãna descriptiõe Mes. bñ ꝯuenit. Itẽ cõuenit cõfectio electuarij de succo ros. descriptione illius. Et si dederis aliquã istarũ cõfectionũ, adde aquã cordialem

agariq
mirabol'
reub'
scamoneati

frigidā vt rof.aut endiuie de qua est dictū. Posset etiā
de descriptiōe de māna aut electuario de succo rof.au-
ferri scamonea ꝛ loco illiꝰ ponere triplū reubar. aut mi
rabol.citrinoꝝ.ꝛ eodē mō si velles educere flegma pos-
ses ponere mirabol.kebol.ꝑm dictā dosim aut p̄dictos
trociscos de agarico.Et si melācoliā pone indos aut se
ne foliculos vigoratos cū cinamomo vl zinzi.vl modi-
co salisgēme aut saltē gra.iij. ¶ Pōt ēt respectu tēpoꝝ
anni vti diuersis pillis ī hyeme nō exn̄te vehemēti fri-
gore ꝛ ī nō suspecto ex emorroydibꝰ ītēdēs educere ma
teriaꝫ aut plures diuersas mat̄ias cōmiscebis pulueri
pillarū elephāginaꝝ eq̄lit̄ de trociscꝫ de agarico dictis
aut ex solis ꝯstructis cū vino facies pillas.Et de eisdē
vti poterꝫ in vere ad educēdū flegma.In estate poterꝫ
vti pillis cōibꝰ de aloe cōsolidādo illas cū cāphora mō
gn̄ali.Aut cū margaritis vt tāgebā aut alio sil'i cordia-
li frigido:ꝛ ī estate potes ꝯficere pillas ex mirabol.ci
tri ꝛ īdis ꝛ folijs sene tāgēdo correctoria sua ex Mef.
caplis suis.Potes ēt vti estate diaprunis Nicolai dia
reubar.Potes ēt ꝑ te facere electuariū solū aut ꝯfectio
nē solidā īponēdo ista solutiua dc̄a.Itē ēt potes facere
sirupos solutiuos infūdēdo decoctiōibꝰ aut sirupis solu
tiua tacta.s̄.Expeditꝫ solutiuis leuiter dicēdū ex mēte
Rasis.xvij.cōtinētꝫ.ꝛ Auic̄.loco p̄senti tiriacā ꝯuenire
ꝛ metridatū q̄rū descriptionū cōis vsus ē.ʒ.j. hyeme cū
ʒ.j.ß.vini albi arōatici aut vini et aq̄ melise an̄.ʒ.vj.Et
sumat̄ ī matutꝫ.expulsis debite sup̄fluitatibꝰ ꝛ bn̄ cele-
bratꝫ digestiōibꝰ ꝛ differat̄ comestio ꝑ.iiij.horas saltē
post tiriacā.In vere ēt pōt capi ī vino liphato cū aq̄ bu
glose ꝛ ī estate cū aq̄ rof.Autūno xͦo cū aq̄ vio.Memo
ra tn̄ vt aspicias ad etatē cōplexionē nat̄alē ꝛ ꝯsuetu-
dinē.Expeditꝫ hijs duobꝰ q̄ p̄seruare dicūt̄ cōiter a pe-
ste ꝯfectiōes cordiales ꝛ alia mēbra respiciētes dicēde
sūt:ꝛ p̄mo ꝯfectōes calide q̄ p̄n̄t cē ī forma electuarioꝝ
sūt ꝯfectio de gēmis Mef.ꝛ ē ꝯfectio cordial multū et
capital ꝛ potestꝫ reddere ipaꝫ magꝫ calidā aut minꝰ cō

pestilen.

ficiēdo electuariū de melle apū aut minꝰ calidū cōficiē
do cū zuccaro vł loco simplicꝫ zucca. potes arōatizare
zuccarum cū spēbꝰ electuarij de gēmis. Potes etiā red
dere hāc cōfectionē minus calidā ponēdo puam dosiꝫ
spēꝝ dictaꝝ vt.ʒ.ij.p.ʒ.v.zuccari ita aromatizati vł po-
tes augere frigida igrediētia dictā descptionē vł ēt cō
fectio de siloaloe. ¶ Itē cōfectio de citro. Itē dyamuscū
dulce Me. Itē dyambrā. Itē dyamargaritō Nicholai.
et mēti habe. ꝙ nō semp ꝓm hanc dosim ⁊ eandē pones
aromatica nec semp equaliter de zuccaro. frigidas aūt
confectiōes cordiales ēt alijs mēbris regalibꝰ cōueniē
tes colligere potes ex dictis. ¶ Potes ēt citissime cape
trocꝫ de cāphora ponēdo simpliciter .p.ʒ.q̄libꝫ puł. tro-
ciscꝫ.ʒ.iiij.aut.v.zuccari cōficiēdo cū aq̄ roſ.aut nenu-
pharꝫ aut endiuie aut similiū. ¶ Eodē modo potes fan-
tasiari ex ꝑhabitis ī forma electuarioꝝ aut ꝯfectionuꝫ
solidaꝝ tēperata ī actiuis aut ī altero tm̄. Est tm̄ vsuale
ꝯfectio restiua manusxp̄i cū pł: quā potes facere calidā
addēdo margaritis calida aromatica. ¶ Iteꝫ describi
potest ꝯfectio de lapidibꝰ. ⁊ ista est descriptio. ℞.succi
pomoꝝ dulciū succi buglosse dispumati. ana.ʒ.v. doro-
nici corticū citri floꝝ boraginis roſ.ru.been al.et ru.co
rallo.rube. limature eborꝫ aū.ʒ.iiij.spodij macis galle.
musci carabe ossis de corde cerui .sādał.ru.aū.ʒ.iij.ozi
mi folij mirtilloꝝ melisse coriādri cynamomi cubeba-
rū smaragdi.iacicti sardonij saphiri.aū.ʒ.j. margarita
rū al.ʒ.iij.folia auř.⁊ argēti aū.℈.j.ß.ābre.ʒ.ß.cāfore.ʒ.
j.musci.ʒ.ß.ƒ elřariū cū bono zuccaro aut solida ꝯfectio
ꝓporcionādo puluerē zuccaro vt tactū ē.⁊ poterit eē do
sis cōfꝫ a.ʒ.ij.vsqꝫ ad.ʒ.ß. ¶ Expeditꝫ ꝯfectionibꝰ modū
zuccari ī elřio explicare possū.ad ꝓhibendū enī putrefa-
ctionē valꝫ zuccaꝝ ro. Itē mel ro. Itē de floribꝰ buglo.
Itē de flo.boragꝫ. Itē de flo.rorismari. Iteꝫ de acedu-
la. Itē de acetositate citri aut limōis aut arācij. Et q̄ōlꝫ
istoꝝ ꝑt ꝓporciōari suo tpe.vt calřm frio tpe.frigidū ca
lido. ¶ Itē ꝯfert zuccaꝝ de floribꝰ nenufa. ¶ Itē viola.

de siloaloe
de citro
diamusco
diambra
diamargariton
Tro. de caphora
margariti cord
de lapidibus
zucharata

¶ Et potes tu cū p̄habitis cōfectionibus calidis aut fri
gidis aut aliquo istoꝝ zuccharatorū facere electuariū
vt tēpore vehemēti calido. ℞. zucchari ro. ʒ. j. zucchari
violarū manuschristi cū perlis ana. ʒ. ß. incorporēt ad
inuicē cū sirupo acetositatis citri ꝶ ita si vis facere ca-
lidū. vt. ℞. zucchari de mellisa. ʒ. j. zuccari de buglo. dia
musci de p̄habitꝫ an̄. ʒ. ß. incorpora cū iulep de melisa.
Et potes dare ꝓ vice. ʒ. ij. vsqꝫ ad. ʒ. ß. cū vino aut cū aq̄
zuccari. Expeditꝫ hijs oībꝰ de flobotōia dicēdū. Et p̄mo
suppōamꝰ ipaꝫ ꝯpetere sāguie peccāte cū alijs hu. ꝓpor
cionalr̄, sic i vera plectorica flegmatica aut aliq̊ hu. secū
peccāte educibili ꝑ flobotho. Scd̄o dicēdū de q̄ vena sit
fiēda floboto. ⁊ ē rn̄dēdū ꝙ exn̄te replōne sāguis i toto
⁊ ꝓportiōablr̄ i iferioribꝰ ⁊ supioribꝰ de vena cōi ē flobo
tomādū i brachio dextro n̄ repugnātibꝰ alijs flōie tali ⁊
pꝫ cū hmōi flīa aspiciat supiores ptes ⁊ iferiores ad bo
nū itellectū. Si v̄o steterit replō i toto, maior tn̄ i supio
ribꝫ nec eēt i fluxu satꝫ mā ad supiora, ꝯueniret flōia ce
phalice partim prohibitiua fluxus sanguinis ad caput
et eductiua illius. si v̄o nō esset tāta repletio in corpore,
maior tamē circa cor, conueniret flobothomia basilice
dextre, patet q: per istā diuertit̄ sanguis a corde ⁊ ma-
xime a loco cordis: vt a loco cordis vētriculo dextro in
quo sanguis abundat. ¶ Et si esset multa repletio i toto,
melius esset flobothomare p̄mo saphenā ⁊ euacuantē
ab inferioribꝰ et diuertentē deinde basilicā dextrā. Si
v̄o velles etiā diuertere a sinistro vētriculo cordis, basi
lica dextra potiꝰ esset flobothomāda vt magꝫ diuersiua.
¶ Si v̄o intēderes potissimū diuersionē vel eductionē
vaporum cordis ⁊ arteriaꝝ calidaꝝ p̄suppositis mino-
rationibus repletionis totiꝰ ꝑ flobothomiā dextre par
tis flobothomanda esset basilica sinistri brachij. ¶ Va-
let etiā basilica dextra plus ad eductionē siue diuersio-
nem sanguis a corde. ¶ Flobothomia v̄o sinistre par-
tis plus valet ad educendos humores siue educendas
fumositates. ¶ Et bene tene menti pro quo habes

Auic.x.iij.tract.j.in cura asmatis sic dicēte in asmate
vero et constrictione anhelitus satis propter vapores
fumosos dn̄antes in corde ⁊ ab hu.exn̄tibus in arterijs
cordis ꝯfert flobothomia.⁊ melior est illa q̄ fit a latere
sinistro.Et.v.iij.tracta.j.in vniuersalibꝰ canonibꝰ cura-
tionū egritudinū sic dicebat.Et repletio quidē sangui-
nea remouet̄ flobotomia basilice dextre.si repletio va-
porosa,flobotomia basilica sinistre.¶Si vero repletio est
circa epar,clarū est basilicā dextrā ratione euacuare ab
epate.¶Si vero cōstaret vobis p signa debita sanguinē
et alios hu.in epate exn̄tes peccare solo quāto dato ꝙ
epar dirigeret istā materiā ad inguina,bonū esset flobo
tomare vt dictū est.Si vero dirigeret ad intestina faciē-
do egestionē sanguineā,nō incoueniret ēt flobotomare
eandē venā etiā timēdo lesionē intestinoꝝ mat̄ia p ip̄a
trāseūte. Si vero mat̄ia eēt corroborata,eēt tn̄ expediēs
flobotomare basilicā. ¶Si vero mat̄ia pelleret ad īgui-
na,quā ꝯstaret tibi esse corruptā aut corruptibilē,potiꝰ
saphenā eiusdē ptis minuendū esset.¶Et si in ptibꝰ eēt
repletio sanguis nō corrupti,ex basilica vel cōi aut ce-
phalica minuēdus,si minuamꝰ ex cephalica,diuertemꝰ
plus ex epate. ¶Si ex cōi,minus ⁊ adhuc minꝰ ex basi
lica. Sm̄ igit̄ distictas intētiones oportebit nos ex disti
ctis venis flobotomare.Semp igit̄ p canone teneamꝰ
ꝙ vbi p̄ncipale pellet materiā ad emūctoriū aut valde
viliꝰ mēbrū ne mat̄ia ab isto cursu phibeat̄ ne tn̄ ꝙ cōi
us cōem venā flobotbomare debemus pticularibꝰ tamē
alijs attētis circūstātijs.Nā in q̄busdā pestilētialibꝰ re
periunt̄ corrupte materie aut corrūpēde trahūt̄ ad vnū
p̄ncipale mēbrū plus q̄ꝫ ad aliud,nec de illo mirādū.Nā
sicut certe medicie solutiue vel nō ad terminata mēbra
aspectus hn̄t specificos,⁊ ita determinata vena ad que
dā etiā odiū speciale ⁊ ita de corruptis ⁊ corrūpendis
materijs imaginandū est,pīn̄ diuersiuas flobothomias
ab isto mēbro aut euacuationes alias oꝫ nos fantasia-
ri ⁊ attēdere multum membris,q̄ nocumentum magis

illis afferre puit. ¶ Pro primo mebrorum colligantie investigande sunt anothomijs et mebrorum iteriorum patietium notionibus in libro interiorum pulcherrime traditis. Et modi colligatiarum traditi .ij. j. doctrina. j. ca. j. de copledis dispositionibus. ¶ Si vero materia esset in fluxu ad splene, flobothomia ducibilis et maxime ab epate, basilica dextra flobothomada foret melioras epar et educes a splene materia. ¶ Si vero esset in splene congesta nec defluxisset nec alia deflueret, si dubitaret an esset mala valde, tuc conveniret flobothomia saphene sinistre. Si vero intederes educere hac materia ab splene no corrupta etc. tuc conveniret flobothomia sinistre basilice divertedo et educedo materia. ¶ Si vero qreres imediata evacuatione, posses vena vetris in directo epatis flobothomare. ¶ Et ita de capite dicendu est. nisi aliqn tetante natura provocetur fluxus sanguis nariu vel flobothomemus vena front aut capitis aut timporu attento tn sm canone ut locales flobotomias ut sic dica ex proporu locorum eductivas pcedat, si extiterit fluxus aut fiut sive vles et pncipaliu venarum floe. Et si materie forent i alio quis mebro cotete aut fluxibiles vel fluent ad illud nota nobilitate aut utilitate mebri et colligatia eius ad pncipale: nota et dispones totius corpis ne evacuas materia p loca icovenietia. Et tene meti Amphorismu .ij. prime pticule, q ducere oz. Quid ex vetosis cu scarificatione dicedu breuissime explicare possum cp si vetose natibus iuxta Avic. snia z. c. de vetos qdamo ftie vene cois eqpollent vel i evacuado similatur et p isto et p alijs vide ibide Avic. Inter alia tn q dicta sunt, primitus e ordo attededus sm corpis diversitate et remediorum opatioes qr qda alia pcedere dnt. Si igitur tepatu corpus nec ianitu nec hu. heat evacuatioe egetes. Regamus ipm tepato regie ut futura peste p calm et hu. cu levi declinatioe a teperie ad frigidu et siccu. Et ita alia corpa no egetia evacuatioe cu alteratibus pservada sut. Et si evacuationibus egeat corpa teneatur ordo si egeat floa, ut vitetur quatu possibile e i aere extreme qlitatis valde debilitas vtute. Attedatur et ordo

vetosis 1. 4. c. 2j.

pestilen.

et p̄cedat lenificatio vētris ⁊ ēt si expedit vt sequat̄ i die
ij. vel. iij. a f'l'oia. ⁊ ita euacuatiōes i farmaco p̄cedūt di-
gestiua nisi p multā materiā p minorādo esset añ dige-
stionē furia matie. Exhibitio ēt tiriace aut metridati
sequat̄ debitas euacuationes ⁊ supfluitatū eductiones
Et ita de odorib⁹ et alijs localibus dicendū est.

340 ¶ De cura febris pestilentie. cap. 6m



Expedito regie p̄seruatiuo ad curatiuū ve
niendū qd̄ sil'r in duo ptiri debemus nō na
turaliū. s. cōtēplationē ⁊ medicinaliū cōsi-
derationē debitā. Primū rōne inspectur⁹
p̄dicta cōprehēdere poteris habitis ēt ex
locis alijs canoñ. dietādi ⁊ rectificādi aerē
q̄ etiā sup regie acutaꝝ sunt tacti. ¶ Pro scdo dicēdū q̄
lz in oī patiente febrē pestilētialē sit cōiter putrefactio
sit etiā pluries ābundātia humoꝝ vñ egeam⁹ solutione
vētris aut flobothomia tamē regimē est spāliter diuer-
sificandū s̄m fe. pesti. quā cōtingit aliqñ esse effimerā.
aliqñ flegmaticā. aliqñ colericā. aliqñ sanguineā. vt for
te q̄ nūc distincto effimera sit ceteris paribus peioꝝ q̄
quātā diuersitatē recipiat. et p̄ma q̄rti vide. ⁊ cuiuslibz
eaꝝ iā p̄misi curā nō de illā dicturus nisi put supposito
suppetit. Habitis igit̄ curis s̄m vnūquēq̧ modū ei⁹ ge-
neralia premittant̄ de lenificatione ventris. Et atten-
datur interiorib⁹ cordialib⁹ ⁊ exterioribus: et attendat̄
valde anhelitus cū inspiratione sup res frigidas de qui
c. pori bus dictū est. ¶ Si vo fuerit sanguinea feb. querat̄ ex-
tractio sanguinis attēta repletione. si fuerit circa epar
aut cor spāliter ⁊ minuat̄ vena hec vel illa s̄m cano. i di
ctione p̄missa tactos lenificatione premissa. deinde le-
nire possumus ventrē ⁊ cū hoc mūdificare sanguinez a
colericis supfluitatibus cū decoctione fructuū descptio
cordialia ne Mes. Aut dyaprunis Nicholai sine scamonea. Ap-
plicemus deinde cordialia exterius ⁊ interi⁹ ⁊ attēda-

mus infrigidationi ⁊ exiccationi ⁊ dare possum⁹ in po tu. post dictas euacuatiões hoc. ℞. trociscos de cāpho ra. ℈. iiij. sirupi acetositatis citri aq̄ rosa. ana. ℥. j. Item in isto casu couenit iulep de acetosa. Item iulep rosarū et potes tribuere ista iulep cū modico camphore trite et cū tritis margaritis, que omnia ex prehabitis collige et ex regimine feb. sanguinis cum putredine. ¶ Si vo febris esset colerica pestilēs in casu interpollata licz vt plurimū continua, recipit diuersitatem plurimam ꝺm ꝙ pura vel nō pura: vel ꝺm diuersitatē specierum colere, q̄ oia cōprehendi p̄nt ex p̄habitis ⁊ silr regimina spālia quantū ad res nō naturales ⁊ medicinales magis i p̄senti succīctissime dicenꝫ esse p euacuationez ⁊ alterationē ⁊ confortationē. ¶ Quantū ad primū vel pestilential' colerica fe. siue antrace vel bubone vl' cū altero istorum vel cū ambobus. Itē vel est cū sputo sanguinis et est pessima vel non. Si fuerit sine aliquo istoꝝ ⁊ flobothomandū fuerit ex canon̄ de flobothomia tactis ostēdentibus flobothomandū esse et superantibus oppositas medicationes eligevenā et partē in flobothomādo ꝺm regulas nuperrime tactas. ¶ Deinde si non fluxerit venter aut remisse stantibus etiā medicationibus ⁊ cō sentiente virtute euacua peccantē materiā ⁊ furientez et venenosam cuz reubarbaro aut infusione mirabola. citrinoꝝ cum decoctione lupuli aut viol'. Aut si vis. ℞. sirupi viol'. cassie aut manne ana. ℥. j. ß. dissoluatur in. ℥. vj. aque endiuie siluestris: deinde. ℞. reubarbari. ʒ. j. ß. spice gra. iij. infundanꝫ ista in. ℥. vj. vini odoriferi et cū cassia bene colata miscentur. valet etiā in hoc casu diaprunis Nicholai reubarbaratū ⁊ non scomoneatuz q̄ꝺ exhibe cuz aqua acedule aut aqua dicte endiuie aut succo aquoso pomorū dulciū aromaticoꝝ vel granatorum muzorū. Vel. ℞. reubarbari. ʒ. ij. spice gra. iiij. infunde in. ℥. vj. vini dicti. Deinde infunde totū i vini granatoꝝ muzorū. ℥. iiij. ⁊ cola ⁊ sufficienter exprime. deiñ i potu tribue. Vel infunde p̄mo in aqua violaruz. aut endiuie

tro· d cap̄h͠o·

dicte ⁊ cū zucc̄haro iulepiza vel cū iulep ro. fac corpus vnū ⁊ da in potu. Et ita vbi patiēs nō posset nullo mō capere medicinā fac aliū modū vt electuariū de succo citonior̄ aut amariliū pirorum pomorum aut cerasorum ⁊ sil'iuz addēdo cordialia tñ: potes etiā recipe spicā ro. ru. siluestres ⁊ reubar. hoc totū ad modū electuarij ꝯficias. Itē potes zuccha. ro. facere solutiuū siue in solone augere cū reubar. aut mirabol'. citri. Uel ēt ex dict̄ potes facere pill'as. ℞. mirabol'. citri reubar. añ. ʒ. ij. spice. ℈. j. tere subtil'r ⁊ infūde vino arōatico decoctiōis passularū. ℥. ij. Deide post leuē desiccationē ꝯficiant̄ pill'e. Quarum dos a. ℈. iiij. vsqꝫ ad. ʒ. j. ß. si tñ liquidā medicinā capere pōt meli⁹ est. Deide vtere iulep frigidis ⁊ ea q̄ tacta sūt. Et si potatur⁹ vinū lipharet ꝯtinue cū aq̄ endiuie siluestr̄ meli⁹ eēt aut cū aq̄ vio. ⁊ aliqñ stāte vehemēti incēdio cū aq̄ nenufar̄. ¶ Quid aūt sit de acetos dicēdū sat̄ ꝯstare pōt. ¶ Si vo febricitāti ꝯtingeret antrax siue bubo ⁊ icūberet necessitas flobothōie diligēter attēde i q̄ pte sit antrax siue bubo. Et pmo si antrax vl' bubo sint in pte dextra ⁊ fuerit cā exēpli in iguine dextro vt cōiectures epar misisse hāc materiā tūc dꝫ eē intētio tua diuertere materiā ab epate flobothomādo. cā exēpli saphenaꝫ vl' venā exteriorē clauicule q̄ est ram⁹ sciatice. Et si ꝯstaret tibi in supiorib⁹ vl' in toto eē repletionē tūc tibi ꝯstāte potissimū materiā corruptā fuisse circa epar flobothomab venā cōeꝫ vt aspiciētē sup ⁊ īfra. Si vo ꝯstaret sanguinē īfectū circa epar ⁊ supi⁹ nō eēt incōueniēs lꝫ videat extraneū sil' flobothōare vtrāqꝫ venā ⁊ ita debite euacuarem⁹ nec traherem⁹ materiā ad locū incōuenientē vbi si facerem⁹ harum aliquā solā vt iferiorē ad ep traheret matia a supiorib⁹ ⁊ eꝯ: faciēdo tñ supiorē impedirem⁹ aliq̄lit epar ne ad loca phabitā matiaꝫ transmitteret. Si vo ex ꝯtigēti eēt bubo vl' antrax ī sinistro inguie vt ꝯstaret īfectionē circa ep ꝯueniēti⁹ eēt flobothomare basilicā dextre ptis ne epar mittēs materiā sinistre pti eādē cōicaret cordi: ⁊ si velles āplius deriua-

re debes flobothomare cõem. Deinde si adhuc appeat repletio posses flobothomare saphenã aut sciaticaz vt dictũ est. ¶ Si aũt foret ãtrax seu glãdula sub asella dextra ꝛ fuerit ĩdigẽtia flobothõie de basilica eiusdẽ ptis flobothomãdũ ẽ. Deĩde si ↄstiterit circa coꝛ eẽ materiã melãcolicam furiosam calidaz vel vapoꝛosam nõ incõueniret facere flobothomiã de basilica sinistra. Et si vel les magꝫ ꝟuare tenoꝛẽ ꝟtutꝫ eẽt meliꝰ flobothõare ĩ manu ramũ basilice aut vene cõis. Si ꝟo ↄstaret tibi splenẽ mafiaz cõicare ĩ ĩguine sinistro si pte sinistra sit antrax vl' bubo ↄsil'r tẽta euacuare a splene p eãdẽ ptẽ. Et si ĩ toto eẽt repletio nõ incõueniret flobothomãdo euacuare basilicã dextrã. ¶ Si ꝟo appeat signũ in emũctorijs tũc stãte repletiõe totiꝰ ex p̃habitꝫ operari poteris. Si ꝟo eẽt hec pestilẽs feb. cũ sputo sanguis si appet repletio flobothõa dextrã ꝛ pone in potu boliarmeni triti vt alcochol. ʒ. j. cũ. ℥. j. ß. sirupi acetositatꝫ citri. et. ℥. ij. aq̃ ro. aut endiuie aut buglose. Itẽ ãhelet ẽt sup bolũ armenuz ĩfusuz aceto aut aq̃ ro. Aut. ℞. boli armẽi. ℈. ij. tre sigillate. ℈. j. cãphoꝛe. g̃. j. smaragdi iacicti añ. g̃. j. tere vt alcochol ꝛ ĩfũde siru. acetositatꝫ citri vt scis. Itẽ vtaꝛ electuarijs ꝛ iulep p̃dictis nõ omittẽtia bolũarmenuz: lꝫ ẽt valde ↄueniat cãphoꝛa coꝛallꝰ ꝛ sandali ꝛ acetosella ꝛ alia plura de q̇bꝰ dictũ est. Euiteꝛ tñ anhelitꝰ taliter patiẽtis. ¶ Dietã ꝟo q̃liter ꝟuare dꝫ satꝫ cõcipe põt. Si ꝟo fuerit flegmatica fe. distĩgui ẽt posset ꝟm dictos modos in flematica fe. succigendo igiꝛ ꝟmonẽ ex p̃habitꝫ ĩtelligẽdũ euacuatiuũ ĩ isto casu potĩt eẽ vt exhibeamꝰ agaricũ cũ mãna aut cassia siue trociscos dãdo ꝟm cõez dosim cũ aq̃ buglose ꝛ melise. Vel ẽt facere possumꝰ pillulas approp̃atas ad hoc. ℞. trociscos de agarico turbith boni añ. ʒ. ij. cinamomi. ℈. j. salisgẽme. g̃. j. tere oĩa deinde. ℞. ãbꝛe musci. añ. g̃. j. q̃ misce cũ p̃dictis ꝛ cum melle ro. fiant pill'e quarũ dosis sit a. ℈. ij. vsq3 ad. ʒ. j. ß. ¶ Potes ẽt dare de turbith ꝛ de dictꝫ trociscꝫ cũ mãna. vt. ℞. cassie aut mãne. ℥. j. ß. turbith. trociscꝫ de agarico

añ.ℨ.ij.ß.zinzi.ℨ.ß.salisgēme.ℨ.j.ifūde i aq̄ buglose de
inde cola ⁊ exp̄me ⁊ cū dc̄a cassia totū dulcoret cū zucca
ro. Et potes exhibere turbith ⁊ dictos trociscos cū ele-
ctuario de succo ro. Et potes recipe diafinicon ⁊ exclu
dere scamoneā et addere duplū trociscꝫ de agarico post
euacuationē vtet sirupo ⁊ iulep cordialib⁹ q̄ ex p̄habitꝫ
potes colligere. ¶ Si v̄o fe. eēt melācolica eodē mō in-
tēde euacuatiōi. Et si incubuerit necessitas flobothōie
opare ꝑm cañ. p̄hitos: euacua ēt hu. melācolicos cū eis
q̄ tacta sūt i regīe q̄rtane addēdo si nō fuerit liq̄da me-
dicina aq̄ buglose. Itē mēti tene ꝯfect. quā pōit Mes.
caplo de lapide stellato ⁊ ex cōfectione de lapide lazuli
ex iuētiōe sua quā cōmēdat idē. Et potes dicte cōfect.
puluerē cōficere cū zucca. i aq̄ buglose ⁊ facere electua
riū cui⁹ dos posit eē ꝑm quātitatē zucchari ⁊ ꝑ vice rū-
deat. ℨ. j. sp̄erū. Itē potes facere fieri ꝯfect. solidā i mor
sellis ꝓportionādo puluerē zucca. vt scis. Itē potes ex
puluere hay rerū cū iulep viol. cōficere pillas q̄rū dos
sit a. ℨ. j. vsq̄ ad. ℨ. j. ß. ¶ Si v̄o pestilēs fe. pēderet a ver
mib⁹: tūc trāsi ad euacuādū v̄mes ꝑm cañ. xvj. iij. et ap-
plica cordialia ⁊ alia ꝯfortātia mineras v̄tutū. Et eodē
mō si ꝓpt alicui⁹ mēbri putrefactionē ⁊ corruptiōez et
herpetē cruris vl fistlis ptis ꝯtingat fe. pestil. tēta abiice
re corruptiōez illā cū dictꝫ loco suo ⁊ tēta materiaz trahe
re a p̄ncipalib⁹ ⁊ ꝯforta cor ⁊ alias v̄tutū mieras. Pro-
inde sis caut⁹ i hn̄tib⁹ crura p̄ter naturā ne facias icaute
stricturas ne materie ad supiora putrefcē ⁊ venenosate
pluries corrūpāt mēbrū p̄ncipale. Et iō in podagricꝫ ⁊
fistlibus nō debem⁹ applicare caustica et restrictiua nisi
p̄mo euacuem⁹ corp⁹ totū ⁊ postea regam⁹ ne supfluita
tes malo regīe a te traducant ad locū aliū cui⁹ sit i lesio
ne hn̄da alia suspectio. ¶ Perq̄rendū ēt i peste ne solite
euacuatiōes malarū materiey minuant aut totalr au-
ferant sicut menstrual aut emorroydal fluxio aut fistles
imo clausi aut diminute facti nouit fiāt aut augeant: ⁊
hoc sit a pestilētia p̄seruatiuū ⁊ regis ei⁹ succicta ōnsio

a qua nos p̄seruet ⁊ liberet si ī illā ꝯtingat icidere oīpo
tens deus q̄ solus lāguores sanat ⁊ ꝓhibet ꝑ infinita se
cula benedictus Amen. ¶ De variola. cap.^m 10.



Portet in variolis regimē ī p̄senti caplo in
clusum in duo diuidi p̄ncipalr in regimē. s.
variolarū ⁊ ī regimē morbillorꝫ. Variolarꝫ
aūt regimē diuersitatē capit rōne etatū ⁊ ra
tiōe cōplexionū naturaliū. Et tertio pōt re-
cipere distictionē ī regimē p̄seruatiuuꝫ ⁊ ī regimē cura
tiuū. Variolarꝫ actualit existētiū regimē p̄seruatiuū. de
q̄ in p̄senti est s̄mo, itelligi pōt regimē adhibēdū ebulli
tioni sanguīs aut humorꝫ alteri⁹ parati ad factionē va-
riolarū ⁊ morbillorꝫ. Itē itelligi pōt regimē p̄seruatiuū
aliq̄rū determīatarꝫ ꝑtiū, q̄ custodiēde sūt ne variolr ledā
tur ⁊ morbillr. h̄ nūerabunt caplo suo ⁊c̄. ¶ Accedo igit Etates
ad p̄mū distiguēdo etates, q̄ variolāt aut morbillant ī
etate lactētiū corpuꝫ nec alijs cibis nec potib⁹ cōit vtē
tiū q̄ȝ lacte, ⁊ in etatē septēnij vsqꝫ ī etatē in q̄ flobotho
mia in eo nō cōcedit lꝫ vētosatiōes cōius cōcedant, ⁊ ī
etatē, puectiorē in q̄ euacuatiōes ꝑ flobothōiaꝫ ⁊ farma
ciā cōcedi p̄nt. ¶ A p̄ma igit ichoādu ꝫ in q̄ supponatur lactantes
ebullitio sanguīs p̄ma ad variolas ⁊ morbillos: ī tali em̄
lactenti puero aerē moderare possum⁹ regēdo nutricē
⁊ rectificādo lac. Inchoem⁹ ḡ ab aere, quē eligam⁹ aliq̄ Aer
liter declinātē ad siccū ⁊ in actiuis tēperatū. Et si ꝯsta-
ret flāmā eē valde magnā ⁊ eēt estiuū tp̄s, paululū decli
net ad frigiduꝫ ne frigiditate ei⁹ ꝯstipent pori. Et ꝑ sig̃
cōp̄hēder sūpta ex pulsu ⁊ alijs ex suo loco sumēdis vē
turū eē sudorē. Sit aer tēperat⁹ ac parū p hyeme decli-
nās ad calidū. Sit aer camere mūd⁹ aut pauci luīs nec
ex toto obscur⁹ teneat ēt lactēs ī cunabulo seu lecto me
die plume āpliori, vt tactū ō hyeme q̄ȝ estate: ⁊ ita medio
mō coopiat ⁊ sic circa carnē h̄eant rubea sindon estate
aut hyeme rube⁹ pānus, si sit de scarlata, est meli⁹. ¶ Ia- setty
ceat ēt patiēs capite eleuato debite: nutrix ēt stet ī aere
cōsilī. Cōplōnē tñ ei⁹ tēta: ⁊ cetā alia reqrēvt replōnē.
y. frūc. a pede [illegible] blasiū [illegible]

variole

cibi ¶ Dico de cibo ꝛ potu: lac igit̃ dādū lactāti q̄rat̃ declinās ad frigidū ꝛ siccū itētiōe ꝓhibitiōis putrefactiōis. ¶ Si igit̃ lactēs haberet nutricē valde calidā, cōueniēs esset inuenire nutricem frigidā ſm naturā, vel corrigere lac suū vt vtat̃ pane de pura simila pauci fermēti nō saliti aut paucissimi salis spōgioso tñ ꝛ ad digerēdū lenissimo.

caro ¶ Venio ad carnes quaꝝ comestionē minoret. cōueniūt ēt interdū carnes pulloꝝ, que tamen corrigāt̃ et i pulloꝝ vētrib⁹ ponāt̃ folia acetoselle aut g̃ua granatoꝝ aut capoli vitis. pira aut poma nō valde matura aut citonia vł amarilia aut ponat̃ agresta ī brodio dū coq̄t̃ pull⁹ aut vinū g̃nati aut modicū aceti vel filium. ¶ Itē carnes ꝑdiconū aut lepusculoꝝ aut lactētiū capꝛ torū aut capolorū. ¶ Itē gelatine ꝛ sulcide ꝯueniūt. Itē

pisces cōuenire pñt pisciculi ꝑui petrini cōditi cū aliq̄ aceto-

legumia soꝛū. lac case⁹ ꝛ filia vitet̃. ¶ Ex leguminib⁹ comedant̃ lētes excorticate ꝓfuse agresta aut fili acetoso. Aut elixent̃ cū cortice suo abiecta ꝑma aq̄ vt recedāt ꝑtes calide subtiles. Deiñ acetosari pñt. Itē cōuenire pñt pani

poto cū ꝛ miliū coctū i brodio pulli correcti, vt scis. Ex potib⁹ aūt cōuenire pñt iulep ro. cū medietate sui vini g̃natoꝝ acetosoꝝ aut succi arācij vel filium. Aut si puer vult bibere vinū, eligat̃ acre valde paucifeꝝ adhuc liphatū. Et sobria sit nutrix talis in cibo ꝛ potu q̄tū fieri pōt salua tñ g̃natione lactis. ¶ Si q̄s tñ ī estiuo tp̄e pect⁹ ꝛ mā-

replo millā lactātis alteraret ꝛ epar suū saltē cū aq̄ endiuie cōueniret. ¶ Expedito regie cibi ꝛ pot⁹ dicendū de ianitione ꝛ replōne, ꝛ ꝑmo ī lactāte q̄rat̃ minoratio suctionis lactis vt mēti tñ teneat̃ etas. ¶ Itē purgent̃ ēt debite superfluitates nutric cū clisterijs ꝛ suppositorijs. Querat̃ ēt si ventri pueri nō obediat eductio fecū cū suppositorio facto ex zuccharo penidiaꝝ aut ex modico sepi. Et si vis, cōtere modicum stercoris muris ꝛ miscere sepo aut zuccharo ꝓ suppositorio cōueniret.

somo ¶ De somno et vigilia vlterius dicēdū lꝫ lactēs nō possit ī somno et vigilia debite regi ex toto: q̄ram⁹ tñ si possum⁹ ꝙ nō statim post lactationē dormiat, imo differat̃ dormitio per

vnā horā post. Et qrat etiam in dormiēdo debitus situs. ¶ Nutricē etiā regamus in somno ꝛ vigilia, ꝛ si nō repugnaret aliqd, dimittet somnū diurnū vz qꝛ pluries propter vagitū pueri nutrix de nocte dormire nō pōt: tūc eni somnū diurnū cōcedere expedit. ¶ Venio ad motū et quietē et clarū est lactētē a cunabulo remouendū eē nisi icubuerit necessitas mutādi aut aliqd sile tale. Vitemus etiā quātū fieri pōt, cōmotionē cunabuli saltem fortē et imediate post lactationē maxime ꝙ nutrix facit vt placeat lactēti aut ipm ad dormitionē ducat. Ad accidētia aīe ex parte pueri ꝛ ex parte nutricis. Oia igitur deliciosa ꝛ tēperati gaudij/ ꝛ oia ꝓhibentia vagitū/ et ꝓuocantia irā ꝓhibenda sunt. Et taliter regamꝰ nutricē. Est ei intētio nō calefacere sed ifrigidare lac: similiter est intētio ꝓhibere calefactionē sanguis lactētis. ¶ Nutrix etiā vtat motu infra exercitiū ꝛ ad excussionē superfluitatū nec ducat ad flāmā ꝛ lactis calefactionē. Nec lactet puer famelica valde existente sed saturata potius nec etiam postq̄ mota est. ¶ De coitu vero nutricis quid dicendū, patet, nā absolute est prohibendus saluo ꝙ si multū appeteret et esset cōiectura materiam spermaticā esse valde multā, forte non inconueniret cōcedere coitū: tñ illo celebrato deberet salire apertis coxis vt efflueret sperma et prohibeatur impregnatio, quod est turpe et malū dictu et facto peius: quia leditur deus omnipotēs. ¶ Expedito regimine non naturaliū ad medicinalia venio saltem respectu nutrientis. Expedit igitur medicū aspicere signa nutricis, ꝙ si viderit necessariam esse flobothomiā, flobothomet basilicā aut cōmunē venā ducens quantum non repugnet multiplicationi debiti lactis premissa ante lenitiōe ventris cū manna aut cassia et aqua endiuie, si fuerit tempus estiuū: aut hyeme cū aqua zucchari ꝛ brodio pulli vel simili. Et si apparuerit calidior debito et colericior, nō est malū exhibere sirupū endiuie aut sirupum acetosum simplicem otizacharum. Deinde exhibere sibi de dyaprunis non scamoneatis Nicholai. Non esset incō

variole

